OPERIS AGROSTOGRAPHICI IDEA

Seu

GRAMINUM, JUNCORUM, CYPERORUM, Cyperoidum, iisque affinium

METHODUS

Authore

JOHANNE SCHEUCHZERO
M. D. Tigurino, Acad. Nat. Cur.
PHILIPPO.

TIGURI

Typis Bodmerianis CIↃ IↃ CCXIX.

VIRO ILLUSTRISSIMO

JOHANNI PAULO BIGNONIO

ABBATI S. QUINTINI

REGIS CHRISTIANISSIMI

CONSILIARIO ET PRÆDICATORI ORDINARIO, BIBLIOTHECÆ REGIÆ PRÆFECTO, COMITI CONSISTORIALI.

ACADEMIARUM, QUÆ PARISIIS SUNT, REGIARUM

PRÆSIDI DIGNISSIMO,

SUMMO MUSARUM PATRONO, SACRAS HASCE FACIT PAGELLAS,

Devotissimus Cliens
Author.

Lectori Βοτανοφίλῳ S. P. D. Author.

AD umbilicum tandem perducti Operis Agroſtographici, jam inde à multis Annis à me promiſſi teſtis, in publicam nunc lucem exit *Graminum Methodus*, Operis, quod incredibili conſtitit labore, ſudore plurimo, portatile fidúmque compendium, uno velut obtutu ſiſtens, difficillimam facilè *Rei* totius *Herbariæ* materiam, in ordinem quantùm fieri potuit naturaliſſimum, diſpoſitam. Quid per plures hinc ab editione *Prodromi Agroſtographici* Annos, in hac confuſa Graminum mole, ſingularisque ſtructuræ Regni Vegetabilis producto, fuerit præſtitum, æqui judicent Botanices Amatores, & ij quibus

è meliori luto præcordia finxit Titan.

Satis erit, ſi eo, quo hoc opuſculum luci datum Publicæ, & quo propediem opus ipſum ſum editurus, animo, quod unicè rogo, ſis accepturus. Is mihi ſcopus, ut maximis adhuc difficultatum tricis irretitam Botanicen, pro viribus juvare, labantique magis magisque, ob magnam Botani-

corum

corum per Europam penuriam, deliquiumque veluti paſſæ rei ſuccurrere poſſim. Aliorum erit, ingenti labore, magnis ſumtibus, pluriúmque Annorum tempore elaboratum, multotiésque, molis adinſtar inconditæ, circumlambitum partum, benevolentia & æquanimitate comitari. Hoc etiam, quamvis non adeò invita prognatus ſim modeſtia, ut meos labores aliorum præferre conatibus ſuſtineam, ſpondere meritò poſſum, me in tali diu deſudaſſe palæſtra, quam vel pleniùs ingredi, nedum ſpecialiùs in ea ſeſe exercere, vel nulli, vel pauciſſimi hactenùs fuerunt auſi. Quæ laudatiſſimi inBotanica ſcientia Viri, hac in materia fuere moliti, aut ſuperficilia ſunt, minúsque ſpecialiter deducta, aut parergi in modum tractata, ita ut ampla ubicunque ſuperſit hæſitandi materia, præſertim ſi quis novus eſt in ampliſſimo hoc Labyrintho viator. DeſcriptionesGraminum plerorumque, adeò hactenùs concentratæ, breves & ut liberè dicam, adeò prodiere imperfectæ, ut expertiſſimos etiam Botanicæ magiſtros, ipſaque Rei Herbariæ oracula teneant ſuſpenſos, nedum in incerto. Taceo Methodicam diſpoſitionem, nullibi conſpiciendam, quæ curioſo in-

ſo indagatori facere poſſit ſatis. Interim eodem diſpoſita ordine, *Graminum*, tàm Indigenorum ſeu Helveticorum, quàm Exoticorum, quæ quidem ad manus pervenere meas, aut quæ adhibita in itineribus meis ſolertia collegi, *Hiſtoria*, ſub prælo jam ſudare cepit; Junctas promitto deſcriptiones amplas, ſpecioſas, ad minimas etiam ſpicarum panicularumve circumſtantias deſcendentes: id, quod hac in materia deſideratum hactenùs, quodque non minùs neceſſarium, quàm in reliqua Plantarum Hiſtoria, floris, reliquarumque partium ſtructuræ ſpecialiùs meminiſſe, easque digitis veluti numeraſſe. Tabulas æri inciſas promitto paucas, tales tamen quæ liberare Botanicæ ſtudioſum, vel omni, vel potiori dubio poſſint. Interim hoc meo labore, Lector Benevole, utere, Vale & Fave.

Dabam ex Muſeo a. d. 4. Mart. 1719.



OPERIS AGROSTOGRAPHICI IDEA.

NOTÆ hactenùs inter Batanicos Graminum in *ſpicata* & *Paniculata* diviſioni lubens ſubſcribo, utut ſtatuere præciſos quosdam inter utraque fines, admodùm ſit difficile. *Rajus* generali ſpicæ definitione, quid proficui fecerit, hactenùs non video apud, *Tournefortium* altum hac de re ſilentium, ita ut, qui ſpecies noverit utrique generi adſcriptas, nondum tamen quid ſpicatum, quidque ſit paniculatum, ex aſſe noverit, ex methodo hac mea, quid ſint *Spicata Gramina*, & cujus naturæ, Botanophilorum magis experti facilè dijudicabunt: ac proin etiam quid *ſpica Simplex* quidque ſit eſſe *polyſtachion*, aut *ſpicâ Multiplici* præditum eſſe.

Nec etiam uſitatum hactenùs *Rajo*, & *aſſeclis ſuis* morem infringere commodum duxi, qui is eſt, ut ſpicata gramina nomen ſortiantur à ſua quam habent quoad ſpicam cum *Cerealibus* aut etiam rerum aliarum vulgò notarum, ſimilitudine, ſuntque.

Gramina Spicata, SPICA TRITICEA Simplici.

Hæc adeò ſimilem cum *Tritici* ſpeciebus obtinent ſpicarum ſtructuram, ut vix ovum ovo ſit ſimilius, nec ſatis mirari ſubit, *Tournefortium*

Triticeorum Graminum ſpecies inter Loliacea locâſſe, meliori quippe jure has omnes ipſi adnumerâſſet Tritico, quàm Gramina Panicea *ipſi Panico*, rationes videant Botanophili ex ipſa ſpicarum collatione.

1. Gramen latifolium ſpicâ triticeâ compactâ *C. B. Th.* 131. Gr. Latifolium ſpicâ triticeâ latiore compactâ C B. *Pin.* 8. *Prodr.* 53. Gr. repens officinarum fortè, ſpicæ Triticeæ aliquatenùs ſimile. *I. B. II.* 457.

2. Gramen Caninum arvenſe, ſive Gramen Dioſcoridis *C. B. Pin.* 1. Gr. Caninum arvenſe ſeu primum Dioſcoridis & officinarum *C. B. Th.* 7. Gr. Loliaceum Radice repente ſeu Gramen offirum. *Inſt.* 516.

3. Gramen Caninum maritimum ſpicâ Triticeâ noſtras. *Raij Hiſt.* 1256. Gr. Loliaceum Radice repente maritimum. *Inſt.* 516.

4. Gramen Tritici ſpicâ muticæ ſimili anguſtifolium. *C. B. Pin.* 8. *Th.* 132. Gr. arundinaccum ſpicâ Triticeâ. *C. B. Phytopin.*

5. Gramen anguſtifolium ſpicâ Triticeâ compacta. *C. B. Pin.* 9. *Prod.* 56. *Th.* 131.

6. Graminis ſpicâ Triticeâ repentis vulgaris varietas cum ſpica ariſtata, *Ray. Syn.* 247. Gr. Loliaceum, radice repente, ſive Gramen officinarum ariſtis longioribus donatum *Inſt.* 516.

7. Gramen ſpicâ Triticeâ compactâ, hirſutum, ariſtatum. *Nob.*

GRA-

Gramina ſpicata, SPICA TRITICEA SPURIA, *Simplici.*

Horum Locuſtæ, ſeu uni axeos denticulo innati glumarum folliculorumve faſciculi, eodem modo ac in Triticeis inter ſe junguntur: Locuſtarum autem calyx biglumis, glumis ſummo truncatis in aliquot ariſtas abeuntibus: cujus etiam ſunt naturæ folliculorum glumæ exteriores.

Gramen ſpicatum durioribus & craſſioribus Locuſtis ſpicâ brevi. *Inſt.* 519. Feſtuca altera capitulis duris *C. B. Pin.* 10. *Th.* 151. 1.

Gramen ſpicatum durioribus & craſſioribus locuſtis, ſpicâ longiſſimâ. *Inſt.* 519. Feſtuca altera capitulis duris, ſpicâ triunciali *C. B. Pin.* 10. Feſtuca altera capitulis duris *C. B. Th.* 151. Feſtuca altera capitulis duris ſpicâ longiore. *Bot. Mònſp. App. alt.* 2.

Gramina ſpicata SPICA HORDEACEA *Simplici.*

Ray & Tournefortii motus auctoritate, ſpicam horum graminum vocaveram antehac, *Secalinam*, qua cum affinitatem nullam prorſùs habet, convenit autem ex aſſe ſtructura ejus, *Hordei polyſtichi verni C. B.* ſpicæ, prout id ad examen revocanti ſine ulterioribus verborum ambagibus, ad oculum patebit, ſuntque.

 1. Tri-

1. Tribus folliculis uni ſcapi denticulo innatis, Locuſtam componentibus.

1. Gramen Hordeaceum minus & vulgare. *C. B. Pin* 9. *Th.* 134. Gramen ſpicatum vulgare ſecalinum *Inſt.* 517. Hordeum murinum *I B.* II. 431. Hordeum ſpontaneum ſpurium, Holcus Plinii, Anguillaræ. *Lob. Ic.* 30. Gr. Secalinum & Secale ſylveſtre Johnſoni apud Gerardum. *Ray Hiſt.* 1258. ab hoc ſolâ magnitudine ſesqui cubitali & bicubitali differt *Gramen Hordeaceum montanum ſive majus C. B. Th.* 135. quodque in *Itin. Alp.* 1709. deſcripſi ſub titulo *Graminis Hordeacei alpini lanuginoſi, glumarum marginibus ciliaribus albis.*

2. Gramen Hordeaceum montanum ſpicâ ſtrigoſiori, breviùs ariſtata. *Agroſt. Prodr. pag.* 14. *Tab. I.* Gramen ſecalinum majus ſylvaticum D. Bobart. *Ray. Syn.* 248. Gr. Spicatum, ſecalinum, ſpica duriore & anguſtiore. *Inſt.* 518.

3. Gramen ſpicatum ſecalinum minus *Inſt.* 518, Gramen ſecalinum *Ger. Em.* L. I. cap. 22. N. 4. *Ray. Hiſt.* 1258. *Syn.* 248.

4. Gramen ſpicatum ſecalinum maritimum minus. Inſt. 518. Gr. Secalinum paluſtre & maritimum, *Ray Syn.* 248. *Hiſt. Pl.* 1258.

5. Gramen ſecalinum bulboſâ radice, ſeu ex Alepo Bauhini. *Barrel. Ic.* 112. II. Gr. bulboſum ex Alepo *I B. II.* 431. *C. B. Theatr.* 21.

2. *Duo-*

2. *Duobus folliculis uni ſcapi denticulo innatis, Locuſtam componentibus.*

Gramen hordeaceum, ſpicâ Ariſtis longiſſimis circumvallata. *Nob.* Gr. Secalinum, ariſtis longiſſimis. *Scherardi.* 1.

Glumæ ſemini arctè adhærentes, legitima & quaſi unica *Hordei* nota eſſentialis ſi ſint, non video, cur *Tournefortius* hæc etiam gramina non retulerit ad *Hordei* genus. 2.

Gramina ſpicata, ſpica ſimplici HORDEACEA SINGULARI.

Notæ ſunt, Locuſtæ ſcapo denticulato alternatim adnatæ, quarum duæ glumæ extimæ caſſæ, ſeu calyx, apice truncato ariſtam emittunt, in quarum ſinu folliculi biglumes aliquot alternatim ſcapo proprio adnati, quorum exterioris glumæ apex in ariſtam abit.

Gramen Hordeaceum diſtichon majus, ciliaribus glumis durius. *Barrel. Ic.* 112. I. Gr. Creticum ſpicatum ſecalinum glumis ciliaribus. *Coroll. Inſt.* 39. huc etiam voco. *Gramen Hordeo diſticho ſimile C. B. Theat* 135. 1.

Gramina ſpicata, ſpicâ ſimplici SECALINA.

Notæ ſunt, cuique axeos denticulo innaſcentes Locuſtæ duæ ſimplices biglumes nudæ, ſeu calyce biglumi deſtitutæ, eidem baſi inſidentes, invicem juxta poſitæ.

 Gra-

1. Gramen Creticum, ſpicatum, ſecalinum, altiſſimum, tuberosâ radice. *Coroll. Inſt.* 39. adeoque hoc nullatenùs cenſendum eſt idem cum *Gramine bulbaſo ex Alepo. CB.& IB.*

Gramina ſpicata, ſpicâ ſimplici, LOLIACEA.

Notæ ſunt, ſpicæ diſtichæ, ſeu Locuſtis alternatim ſcapo denticulato ad natis duplici verſu diſpoſitis, conſtantes, quæ Locuſtæ ex uno, vel pluribus uno folliculis alternatim axi propriæ adnatis, compoſitæ ſunt, glumarum item, vel folliculorum juncturæ non in locuſtarum dorſo, ſed ad latera exiſtunt, neque versùs ſcapum alterâ locuſtarum parte reſpiciunt.

I. Gramina Loliacea, Locuſtis & glumis muticis in ſpicam longam, anguſtam diſpoſitis.

1. Gramen Loliaceum anguſtiore folio & ſpicâ. *C. B. Th.* 127. Gr. Loliaceum anguſtiore folio & ſpicâ, φοῖνιξ dioſcoridis. *C. B. Pin.* 9. Phœnix Lolio ſimilis *IB. II.* 436. ſpicis partialibus crebrioribus & denſioribus. *Ray Hiſt.* 1263.

2. Gramen Loliaceum anguſtiore folio & ſpica CB. ſpicis partialibus rariùs & à ſe invicem remotiùs ſitis. *Ray Hiſt.* 1263.

3. Gramen Loliaceum latifolium ſpicâ anguſtiore. *C. B. Pin.* 9. *Prodr.* 60. *Theatr.* 127.

Gramen

Gramen Loliaceum radice repente, locuſtis teretiuſculis muticis. *Nob.* 4.

Graminis Loliacei anguſtiore folio & ſpicâ CB. varietas, ſpicâ tereti anguſtiſſimâ. *Juſſieu.* 5.

2. *Gramina Loliacea, ſpicis partialibus muticis propè ſummitatem culmi, in ſpicam compreſſam latius expanſis.*

Gramen Loliaceum ſpicâ latâ, è plurimis ſpicis duplici verſu densè diſpoſitis conſtante. *Agroſt. prodr. p.* 16. *Tab.* II. Gr. Loliaceum ſpicis brevibus compreſſis. *Bobart. Hiſt. Oxon. Sect.* 8. *Tab.* 2. *pag.* 182. 2. 1.

3. *Gramina Loliacea ſpicis partialibus in ſpicam longam diſpoſitis Ariſtatis.*

a. *Ariſtis rectis.*

Gramen Loliaceum ſpicâ longiore, ſeu Lolium Dioſcoridis *C. B. Theat.* 121. Gr. Loliaceum ſpicâ longiore ariſtas habens. *C B. Pin.* 9. Lolium Gtamineum ſpicatum caput tentans. *I B. II.* 437. 1.

b. *Ariſtis tortilibus geniculatis recurvis.*

Gramen Loliaceum lanuginoſum, ſpicâ fragili articulata, glumis piloſis, ariſtatum *Nob.* Gr. Loliaceum ſpurium hirſutum, ariſtis geniculatis maximum: Idem medium ſeu vulgare. *Barrel. Ic.* 905. *I. II.* 1.

Gramen Loliaceum lanuginoſum, ſpicâ fragili articulatâ, glumis glabris, ariſtatum. *Nob.* 2.

 Gra-

Graminis Loliacei angustiore folio & spicâ C B. varietas aristata. *Jussieu.*

4. *Gramina Loliacea, spicis partialibus in spicam longam dispositis teretiusculis,* CORNICULATA *dicta.*

1. Gramen Loliaceum corniculatum. *Catal. des plantes aux env. de Paris pag.* 92. Gr. Loliaceum corniculatum spicis villosis. *Inst.* 516.

2. Gramen Loliaceum corniculatum latifolium, spicis glabris. *Nob.* Gr. avenaceum dumetorum spicatum *Ray Hist.* 1262. Gr. Loliaceum corniculatum spicis glabris. *Inst.* 516. Festuca dumetorum *C. B. Th.* 148.

3. Gramen Loliaceum corniculatum villosum molliusculum *Nob.* An? Festuca Graminea nemoralis latifolia mollis. *C B. Th.* 144?

4. Gramen Loliaceum corniculatum, montanum, spicâ partiali subhirsutâ fragili. *Nob.*

5. Gramen Loliaceum corniculatum, juncifolium, veluti frutescens glabrum Orientale. *Nob.* An. Gr. Loliaceum corniculatum veluti fruticosum foliis angustissimis. *Inst.* 517?

5. *Gramina Loliacea spicis compositis è folliculis brevibus biglumibus, alternatim axi denticulatæ affixis muticis.*

1. Gramen minimum paniculis elegantissimis *C. B.*

C. B. Pin. 2. *Theat.* 26. Gr. minimum *IB. II.* 465. Dalechampii. *Hiſt. Lugd.* 425.

6. *Gramina Loliacea, ſpicis compoſitis è Locuſtis longis, anguſtiſſimis, alternatim axi denticulatæ affixis muticis.*

Gramen exile arundinaceum minimum, acumine reflexo. *Bocc. Mus. Tab.* 57. Gr. junceum nodoſum minimum capillare. *Barrel. Ic.* 117. I. 1.

Gramina Spicata, ſpicâ ſimplici *LOLIACEA SPURIA.*

Horum Graminum ſcapi ſinuoſi, articuloſi & denticulati, denticulis alternatim innaſcuntur Locuſtæ, quæ componuntur è duabus glumis calycis vice fungentibus, in locuſtarum dorſo junċturæ rimam habentibus, in quarum ſinu folliculus biglumis.

Gramen Loliaceum maritimum ſcorpioides. *Scherardi.* Gramen ſpicis articulatis Moriſoni varietas, circa Monſpelium naſcens. *Juſsieu.* Gr. Loliaceum junceum majus. *Barel. Ic.* 5. Sed ramoſiùs eſt quàm figura exhibet. 1.

Gramen Loliaceum ſpicis articuloſis erectis *Inſt.* 517. Gramen parvum ſpicarum loco ferens caules, erumpentibus alternatim acutis glumis veluti dentatis. *Catal. Lal. Triumfett. ap. Fratrem p.* 64. Gr. Loliaceum minus. *Barrel. Ic.* 6. Gr. Loliaceum maritimum ſpicis articulatis. *Moris.* Gr. parvum minimum, ſpicâ Loliaceâ *Ger. Emac.* 2.

L. I. *cap.* 22. *pl.* 8. Gr. myuros erectum minimum arundinaceum *Bocc. Mus. Tab.* 59. Phœnix acerosa aculeata *Parkins. Theat.* 1146.

Gramina spicata, PANICEA dicta.

Hæc partim *Monostachia* sunt, partim *polystachia*, Eorum spicæ compositæ sunt ex locustellis brevibus, biglumibus, quarum quævis sita est in sinu glumæ brevissimæ, exiguæ, calycis vice fungente, semen plerumque subrotundum altera parte planum, alterâ convexum.

1. Gramina Panicea, Locustis simplicibus Muticis, nascentibus in sinu filamentorum aristis similium, spicis simplicibus.

1. Gramen Paniceum, seu panicum sylvestre simplici spicâ *CB.* an Panicum vulgare spicâ simplici & molliori *Inst.* 515. Gr. Paniceum spicâ simplici lævi. *Ray Hist.* 1261.

2. Gramen Paniceum spicâ asperâ *C. B. Th.* 139. Gramen Paniceum, spicâ simplici ἐλυμάγροστις. *CB. Pin.* 8. Panicum vulgare spicâ simplici & asperâ *Inst.* 515.. Panicum sylvestre dictum & dens Canis primus *IB. II.* 443.

2. Gramina Panicea, Locustellarum glumâ alterutrâ, nonnunquam & utraque in aristam terminatâ, Polystachia.

1. Gramen Paniceum spica aristis longis armata *CB. Pin.* 8. *Th.* 137. Panicum vulgare spica mul-

multiplici, longis ariſtis circumvallata. *Inſt.* 515.

Gtamen Paniceum ſpica diviſa *C. B. Pin.* 8. *Th.* 136. Panicum vulgare ſpica multiplici aſperiuſculâ. *Inſt.* 515. Graminis genus, quibusdam Gallis Dens Canis II. ſive Panicum ſylveſtre ſpica diviſa. *IB. II.* 434. 2.

c. *Gramina Panicea, Locuſtellarum glumis muticis, Polyſtachia.*

Panicum Madraſpatanum minus ſpicâ denſiore multiplici. S. B. 7. 254. 1.

Gramen Paniceum minus Indiæ utriusque. *Petiv.* 2.

Gramen paniceum multiplici ſpicâ Madraſpatanum. *Plukn. Phytogr. Tab.* 191. *Fig.* 1. 3.

Gramina ſpicâ ſimplici, PHALAROIDEA dicta.

Locuſtæ harum ſpicarum densè congeſtæ & imbricatim poſitæ, conſtantes ex calyce biglumi amplo compreſſo, ejus glumis ita in Locuſtarum plano junctis, ut junctura mediæ Locuſtarum latitudini ſit perpendicularis, in quarum ſinu folliculus biglumis aut etiam plurium glumarum, ſemen oblongum accuminatum ſplendens.

1. *Calyce rotundatum Locuſtæ ambitum efficiente, glumis folliculi muticis.*

Pha-

1. Phalaris major ſemine albo C B. *Pin.* 28. Phalaris *IB. II.* 442. Gr. ſpicatum ſemine miliaceo albo. *Inſt.* 518.

2. Gramen bulboſum albo ſemine perenne *Parkins. Th.* 1163.

2. Calicis glumis ad baſin tumidis, ſinuoſúmque Locuſtæ ambitum efficientibus, folliculo ariſtato.

1. Gramen pratenſe ſpicâ purpureâ ex utriculo prodeunte, vel Gramen folio ſpicam amplexante *C. B. Pin.* 3. *Theatr.* 44. Gramen ſpicam folio amplectens. *IB.* II. 469. Gr. ſpicatum pratenſe, ſpicâ ex utriculo prodeunte. *Inſt.* 519.

Gramina ſpicâ ſimplici, ALOPECUROIDEA dicta.

Horum nota eſt, lanugo molliſſima delicatiſſima, & veluti ſericea, in qua Locuſtæ veluti reconditæ latent.

1. Locuſtis longis, anguſtis, biglumibus, muticis, in filamentoſa ſericeáque lanugine latentibus.

1. Gramen tomentoſum Creticum ſpicatum ſpicâ purpureâ. *Inſt. Coroll.* ſub hoc nomine *D. Sherardus* Smyrna miſit, eſt autem potiùs. Gramen tomentoſum ſpicatum *CB. Pin.* 4. Gr. alopecuros ſpicâ longâ tomentoſâ candicante *IB. II.* 474.

2. Locu-

2. *Locustis oblongis angustis biglumibus Aristatis in sericeapennataque lanugine latentibus.*

Gramen spicatum tomentosum longissimis aristis donatum. *Inst.* 517. Gr. Alopecurum molle spicâ incanâ obtusâ majus. *Barrel. Ic.* 116. *II.* idem spicâ incanâ acutâ minore Barrel. Ic. 116. I. Gr. Alopecuros spicâ rotundiore *C. B. Pin.* 4. Gr. Alopecuros altera Lobelii. *IB. II.* 475. 1.

Gramina spicâ simplici TYPHINA, vel TYPHOIDEA dicta.

Spica horum cylindracea teres, ex locustis densè congestis composita; Earum calyx componitur è duabus glumis compressis obtusis, eodem modo ac in phalaroideis, junctis, sed apice suo extimo in aristam perbrevem, vel apicem aristiformem elongatis, quo fit ut Locustellæ bicornes efficiantur: in calycis hujus sinu folliculus biglumis membranaceus.

1. *Typhoidea spicâ tereti cylindracea.*

Gramen Typhoides maximum spicâ longissimâ. *C. B. Th.* 49. Gr. cum cauda muris majoris longâ majus. *IB. II.* 474. 1.

Gramen Typhoides asperum primum. CB. *Th.* 51. Gramen cum cauda muris minus *IB. II.* 471. 2.

Gramen Typhoides asperum alterum *C. B. Th.* 52. 3.

Th. 52. Gr. nodoſum ſpica parva *CB. Th.* 20 Gr. cum parva cauda muris, radice nodoſa repens. *IB.* 472.

4. Gramen Typhoides ſpicâ anguſtiore *CB. Breynii.* quod Bauhinianum propriè non eſt.

5. Gramen Typhinum maritimum minus. *Raj Hiſt.* 1267. *Syn.* 252. Gr. ſpicatum maritimum minimum ſpicâ cylindraceâ. *Inſt.* 520.

6. Gramen Typhoides alpinum ſpicâ brevi densâ & veluti villosâ. *Agroſt. Prodr. pag.* 17. *Tab. III.*

7. Gramen Typhoides alpinum, ſpicâ graciliori delicatâ & villosâ. *II. Alp.* 1709.

2. Typhoidea, ſpica foliaceâ proliferâ.

1. Gramen Typhoides latifolium, ſpicâ foliaceâ proliferâ longiſſimâ. *Nob.*

2. Gramen Typhoides, ſpicâ purpuraſcente foliaceâ. *Breynji.*

Gramina ſpicâ ſimplici, MYOSUROIDEA dicta.

Horum ſpica tenuis valdè & gracilis, Locuſtæ denſiſſimæ in ſpicam congeſtæ, non bicornes: conſtant è calyce biglumi mutico, claudente folliculum aut uniglumen, aut biglumem, ejusdem cum calyce circiter longitudinis.

1. Folliculo uniglumi ariſtato, Locuſtis duas trésque lineas longis.

Gra-

Gramen cum cauda muris purpurascente *IB. II.* 473. Gramen Typhoides spica angustiore. *C B. Th.* 53. Gr. typhinum plantaginis spica, aristis geniculatis. *Barrel. Ic.* 699. *II.* Gr. spicatum spicâ cylindraceâ, tenuissimâ longiore. *Inst.* 520. Idem breviori *Ibid.* 1.

Gramen Myurum spicâ molli candicante villosâ. *Nob.* Gramen Typhoides molle C B. *Breynio*, quod tamen Bauhinianum non est. 2.

2. *Folliculo uniglumi mutico, locustâ brevi, subrotundâ, parvâ.*

Gramen aquaticum geniculatum spicatum. C B. *Theat.* 41. *Pin.* 3. Gramen cum parva cauda muris radice non nodosâ repens. *IB. II.* 472. Gr. fluviatile album *Tabern. Ic.* 216. Gr. spicatum aquaticum spicâ cylindraceâ brevi. *Inst.* 520. 1.

3. *Folliculo biglumi mutico.*

Gramen Typhinum Orientale ramosum. *Scherardi.* 1.

Gramina spicâ simplici ECHINATA, seu SPINOSA.

Harum spicarum Locustæ processibus & laciniis rigidis & pungentibus donatæ, veluti spinis horridæ sunt.

1. *Locustis biglumibus pluribus unâ, in eodem calyce biglumi contentis, glumis summo sui in aliquot lacinias spinæ formes divisis.*

Gra-

1. Gramen ſpicâ ſubrotunda Echinatâ vel gramen Echinato capitulo *C B. Pin.* 3. *Theat.* 107. Gr. Echinatum Tribuloides *Column.* p. 1. 338. Gr. minimum ſpicâ globosâ Echinatâ. *Barrel. Ic.* 28. I.

2. Spicâ oblongâ laxâ, Locuſtis compoſitis è pluribus folliculis oblongis, biglumibus, quorum glumæ exteriores craſſæ & ſpinulis horridæ ſunt.

1. Gramen Caninum maritimum ſpicâ echinatâ *CB. Pin.* 2. *Th.* 16. Gr. Caninum maritimum aſperum *CB. Prodr.* 2. Gr. parvum echinatum. IB. II. 467. Gr. Spicatum Locuſtis echinatis. *Inſt.* 519.

3. Spicâ oblongâ laxâ, Locuſtis compoſitis ex aliquot foliolis laciniatis, & ſpinulis horridis, calycis vice fungentibus, & in ſinu ſuo continentibus, Locuſtas aliquot compoſitas conglomeratas.

1. Gramen Locuſtis tumidioribus echinatis. *Nob.*

Gramina ſpicâ ſimplici, CRISTATA dicta.

Hujus generis ſunt omnia illa Gramina, quorum Locuſtæ aut earum faſciculi, uni alicui ramulo inſidentes, uno duobus, aut pluribus foliolis coſtatis teguntur; Suntque hæcce foliola nihil aliud quàm glumæ in lacinias anguſtas mucronatas, vel etiam ariſtâ terminatas, alternatim ſcapo anguſto medio ceu coſtæ adnatas divi-

divisæ, unâ impari extimum scapum terminante, ita ut foliola pennata, aut costata vel cristata dici hæ glumæ possint.

1. Foliolis pennatis muticis, locustas breviter aristatas in spicam angustam, turbinatam, heteromallam dispositas, tegentibus.

Gramen pratense Cristatum, seu spica cristata lævi *C.B. Pin. 3. Th.* 42. Gramen Cristatum. *IB. II.* 468. Gr. Typhinum plantaginis spica, glumis digitatis heteromallon majus. *Barrel. Ic. 27. I.* 1.

2. Foliolis pennatis, aristatis, tegentibus locustas in aristam longiorem desinentes & in spicam heteromallam dispositas.

Gramen Alopecuroides spica aspera *CB. Plin.* 4. *Th.* 58. Gr. cum cauda Leporis aspera, sive spica murina *IB. II.* 473. Gr. Alopecurum spica aspera. *Barrel. Ic.* 123. *II.* 1.

Gramen Cristatum spica heteromalla longiori Aristata, *Nob.* Graminis Alopecuroidis spica aspera *C.B.* varietas major. 2.

Gramina spica simplici, ANOMALA.

Sive

Quorum spica cum Cerealibus, aut rebus aliis vulgò notis comparari, atque ab iis sortiri nomen nequit.

 1. Spi-

1. Spica composita è Locustis pluribus muticis, uni ramulo brevissimo, aut pedicello insidentibus, compositis è calyce bi- aut triglumi mutico, in cujus sinu alternatim siti duo tresque folliculi biglumes mutici.

1. Gramen glumis variis C B. *Th.* 158. Gr. Versicolor *IB. II.* 466. An. Gr. pumilum spicatum Anglicum, amethystinis splendentibus glumis. *Plukn. Almag. Bot?* Gr. montanum spica crassiore purpuro cœrulea brevi *Ray Syn.* 253.

2. Spica composita è Locustis brevibus densissimè congestis, constantibus è calyce biglumi mutico, in cujus sinu folliculus biglumis muticus, claudens semen oblongum.

1. Gramen album capitulis aculeatis Italicum. C B. *Th.* 108. Gramen aculeatum *Matthioli.*

3. Spica composita è Locustis parvis brevibus densissimè congestis, constantibus ex aliquot folliculis aristatis, alternatim in calyce biglumi aristato sitis.

2. Gramen Alopecuroides Madraspatanum, spica quasi geniculata molli. *Plukn. Phytogr. Tab.* 190. *Fig.* 6. *Petiv. Mus.*

4. Spica composita è Locustis in spicam congestis

gestis, pluribus uni brevissimo ramulo insidentibus, compositis è calyce biglumi, claudente folliculum biglumem, cujus utraque gluma aristam nunc longiorem nunc breviorem emittit.

Gramen spicatum pratense, spica flavescente *C. B. Pin.* 3. *Th.* 43. Gr. Anthoxanthon spicatum *IB. II.* 466. *Inst* 528. Gr. Anthoxanthon Dalechampii. *Hist. Lugd.* 426. 1.

Gramen montanum odoratum spicatum. *Flor. Pruss. Gr.* arvense odoratum spicatum. Gr. erectum pomum & Melilotum redolens, panicula Cupressina. *Bocc. Mus. pag.* 67. 2.

5. *Spica angustissima heteromalla, composita è locustis nudis biglumibus angustis, uno versu dispositis, aristatis.*

Gramen sparteum juncifolium *C. B. Pin.* 5. *Th.* 69. Spartum parvum Lobelio. *IB. II.* 513. 1.

6. *Spica angustissima longa, composita ex Locustis avenaceis, circumquaque axi adnatis, laxè sitis, nudis, biglumibus, utraque gluma aristata.*

Alopecuros malabrica foliis undulatis, spicâ prætenui. *S. B.* 7. 258. 1.

7. *Spica angusta, composita ex Locustis diversæ structuræ mixtim axi denticulatæ alternatim adnatis.*

1. Ægilops Madraſpatana, glumis piloſis ariſtatis *S.B.*7:283. quædam Locuſtarum, calyce gaudent ex unica gluma mutica conſtante, duriuſcula longiuſculis pilis villoſa, claudente folliculum biglumem muticum membranaceum tenuem, cujus major gluma aliquot etiam pilis donata; aliæ autem Locuſtæ, ſingulæ, unicus veluti folliculus ariſtatus eſſe videntur, ariſta autem hæc nihil aliud eſt, quam folliculi convoluti gluma altera in ariſtam abiens tortilem & recurvam.

Gramina ſpicata POLYSTACHIA, DACTYLOIDEA dicta.

Notæ genericæ ſunt, ſpicæ unâ plures in ſummo culmorum aut ramulorum ſeu pediculorum exiſtentes, longæ anguſtæ, digitorum more expanſæ, conſtantes è ſcapo recto non ramoſo, cui adnaſcuntur locuſtæ; quibus notis præcipuè à paniculatis, reliquisque ſpicatis diſtinguuntur.

1. Spicis compoſitis è Locuſtis duabus tribúsque ſimplicibus, uni ſcapi denticulo inſidentibus, quarum una nulli, altera, aut duæ reliquæ, brevi pediculo inſident, quarumque illa, quæ nulli pediculo inſidet, ariſtata eſt, reliquæ muticæ, compoſitæ è calyce biglumi aut unglumi longiuſculo mutico, claudente folliculum biglumem ſubtilem membrananaceum: Folliculis in villoſa lanugine ſitis,

Gra-

Gramen Dactylon ſpicis villoſis *C. B. Th.* 116. Gr. Dactylon anguſtifolium ſpicis villoſis. *C B. Pin.* 8. Gramen digitatum hirſutum *I B. II.* 445. Iſchæmum *II. Tabern. Ic.* 222. Gr. Dactylon ſpicarum ariſtis geniculatis. *Barrel. Ic.* 753. II. 1.

Gramen Dactylon ſpica gemina *Inſt.* 521. Feſtuca junceo folio ſpica gemina *C B. Pin.* 9. *Prodr.* 19. *Theat.* 145. *I B. I I.* 445. Gramen bicorne ſive Diſtachiophorum. *Bocc.* 20. 2.

Schœnanthus Madraſpatanus panicula majore, ſpicis villoſis geminis, an Kodipullu *Hort. Malab.* V. 12. *Tab.* 57. *pag:* 107. 3.

Schœnanthus Madraſpatanus panicula minore ſpicis villoſis geminis, an ? *Plukn. Phyt. Tab.* 119. *Fig.* 2. 4.

2. *Spicis conſtantibus è Locuſtis compoſitis, ſeu pluribus uno folliculis in calyce biglumi mutico contentis, ariſtatis, in ſpicas heteromallas diſpoſitis.*

Gramen Dactylon Madraſpatanum ſpicis piloſis. *Mus. Petiv.* 1.

3. *Spicis compoſitis è Locuſtis Compoſitis muticis, uno verſu diſpoſitis glabris, Locuſtis duabus uni ſcapi denticulo inſidentibus, quarum altera nulli, altera autem pediculo inſidet.*

Gramen Dactylon Arundinaceum, locuſtis muti- 1.

muticis majoribus, ſpicis articulatis. *Nob.* Gr. erectum ramoſum arundinaceum myuros, *Scherardi.*

4. Spicis compoſitis è Locuſtis ſimplicibus muticis, Locuſtis duabus uni ſcapi denticulo inſidentibus, quarum altera nulli, altera autem brevi pediculo inſidet.

1. Gramen Dactylon folio latiore C. *B. Pin.* 8. *Th.* 114. *Inſt.* 520. Graminis genus, dens canis III. vel primum Sancti Galli crus. *I B. II.* 444. Iſchæmum, Gramen ſanguinarium *I. Tabern. Ic.* 222. ab hoc, ut fatetur *C. Bauhinus* in *Theatro.* Gramen Dactylon eſculentum. C. *B.* nil niſi cultura differt.

2. Gramen Madraſpatanum majus, cujus Locuſtæ ſpinulis eleganter armatæ ſunt, an *Tſiama-Pullu, Hort. Malab. Vol.* 12. *Tab.* 41. *pag.* 75.

5. Spicis compoſitis è Locuſtis ſimplicibus brevibus, muticis, uno verſu diſpoſitis glabris.

1. Gramen Dactylon radice repente, ſive officinarum. *Inſt.* 520. Gr. Dactylon folio arundinaceo majus C *B. Theat.* 111. Gr. Dactylon folio arundinaceo, majus, aculeatum fortè Plinio C *B. Pin.* 7. Gr. repens cum panicula Graminis Mannæ. *I.B. II.* 459. Gr. legitimum *Clus. Hiſt. CCXVII.* Gr. crucis, ſeu cruciatum tetradactylon. *Barrel. Ic.* 753. *I.*

Gramen

Gramen Dactylon arundinaceum vulgatissimum majus. *S.B.* 7. 305. circa Madraspatan. *Petiv.* 2.

6. Spicis compositis è Locustis compositis, seu è duobus, tribus, quatuor aut pluribus folliculis biglumibus in calyce biglumi mutico alternatim sitis, constantibus, & spicas heteromallas efficientibus.

Gramen Dactylon Americanum minus. 1.

Gramen Dactylon Ægyptiacum *C. B. Pin.* 7. *Theatr.* 110. Gramen crucis sive Nejemelm salib. *IB. II.* 460 calycis gluma alterutra in apicem recurvum aristæ formem terminatur. 2.

Gramen Διςαχυόφορον. *Columm. Part. I.* 339. Gramen Dactylon Madraspatanum pumilum spicis geminis crassis, an Gr. διςαχυόφορον Col. *Petiv.* Gramen parvum Gangeticum, spicâ gemella habitiori *Plukn. Phytogr. Tab.* 91. Gramen spica gemina millepedæ simili *C. B. Pin.* 9. *Th.* 133. alterutra calycis gluma se habet ut in priore. 3.

Gramen Dactylon Indicum esculentum, spica articulata *Ambrosini.* Gr. Dactylon maximum Americanum *Plukn.* & *Catal. Hort. Reg. Paris.* 4.

7. Spicis Loliaceis, seu quarum scapo denticulato alternatim adnascuntur Locustæ simplices, breves, muticæ, spicam teretiusculam componentes & myosuram.

Gramen Dactylon Madraspatnum, spicis ar官articulatis Myosuris, locustis parvis *Nob.* Phœ- 1.

 nix

nix Madraſpatana, ſpicis plurimis è ſingulis geniculis *SB.* 7. 303.

8. Spicis Loliaceis, ſeu quarum ſcapo denticulato alternatim adnaſcuntur, Locuſtæ compoſitæ è pluribus uno folliculis ſcapo Locuſtæ alternatim adnatis, ſpica diſticha.

1. Gramen Dactylon pumilum Malabaricum, ſpicis Loliaceis in acutam ſpinam terminatis. *Nob.* Spartum avenaceum pumilum Malabaricum. *S. B.* 7. 315.

9. Spicis Miliaceis, ſeu quarum ſcapo adnaſcuntur Locuſtæ ſimplices, breves, ſubrotundæ & pauliſper ventricoſæ, ſemine miliaceo, Locuſtis vel ariſtatis, vel muticis.

1. Milium Madraſpatanum ariſtatum, foliis & panicula villoſis. *Petiv. Mus.*

Gramina Polyſtachia DACTYLO AFFINIA.

1. Hæc à Dactyloïdeis differunt, ſpicis inordinatim ſcapo ſeu culmo adnatis & in ſpicam quandam longam diſpoſitis, non ramoſis.

1. Spicis Dactyloideis heteromallis ſimilibus, conſtantibus ex locuſtis ſcapo ſuo ex uno ſaltem latere adnatis, compoſitis, ſeu pluribus uno folliculis in calyce biglumi alternatim locatis. Gra-

Gramen Filiceum Madrafpatanum fpicâ tenuiore. *SB.* 7. 307. 1.

2. *Spicis Loliaceis veluti fimilibus, feu conftantibus è Locuftis alternatim fcapo adnatis, compofitis, feu pluribus uno folliculo in calyce biglumi alternatim fitis.*

Gramen Pratenfe fpicis multiplicibus utriusque Indiæ. *Petiv.* 1.

Gramina inter fpicata & Paniculata media & veluti ANOMALA.

1. CORNUCOPIOIDES.

Tubi, unus, aut uno plures, ex utriculo quodam prodeunt, principio angufti, fenfim autem dilatati, cornu adinftar inflexi, in oram ferratam tubæ formem dilatati, è cujus finu prominent aliquantum Locuftæ aliquot fimplices, conftantes è calyce biglumi mutico, in cujus finu folliculus uniglumis, femen oblongum claudens.

Gramen Orientale vernum, in udis proveniens, capitulo reflexo *Sherardi. Tab. Petiv.* 1.

2. *Locuftis peculiaris ftructuræ: In quarum calyce uniglumi ampliufculo, folliculus continetur uniglumis, in tres lacinias divifus, quarum duæ tertia longiores funt, earum altera cuidam veluti articulo infidentem habet glumam exiguam mucronatam, altera autem folliculicu-*

liculum è tribus glumis compositum, qui (ut videtur:) sterilis est: In sinu harum trium laciniarum residet folliculus è tribus glumis compositus, quarum maxima cochlearis instar excavata, in acutum mucronem terminata, è sinu suo interiori emittit aristam recurvam: reliquæ duæ glumæ oblongæ, angustæ sunt & membranaceæ.

Schœnanthus avenaceus procumbens Madraspatanus Bupleuri facie. *Petiv. Mus.*

GRAMINA PANICULATA.

Horum proprium est, habere comam summis culmis insidentem, ramosam, nunc laxiorem magisque sparsam, nunc contractiorem, & in densam quandam veluti spicam dispositam, quæ tamen è ramusculis constat in alios laterales subdivisis, quibus Locustæ insident, quod *paniculatis graminibus* proprium.

Glumarum autem seu squamarum singuli in paniculis uni pedicello insidentes fasciculi, *Locustæ* vocantur, quæ tamen duplicis generis sunt; aliæ etenim sunt *Simplices, Compositæ* aliæ, omnes tamen eandem prorsùs structuram agnoscunt: commune etenim earum involucrum efficiunt glumæ communiter duæ, rarissimè plures aut pauciores, steriles & cassæ, in quarum sinu reliquæ latitant partes; Hinc etiam hæ glumæ, cùm idem quod in floribus plerisque calyx, præstent officium, haud ineptè, ut credo, *Locustarum*

rum calyx, dici poterunt, quod utut novum, haud tamen abſonum videbitur: ubi notandum, quòd & hac ſignificatione in præcedentibus frequenter ſimus uſi.

Simplices autem *Locuſtæ* ſunt illæ, quarum calyx biglumis, in ſinu ſuo continet glumas alias duas ſe mutuò amplexantes, & ſtamina floris, ſemenque in earum ſinu contenta, tegentes, quæ *Folliculi* vel *Utriculi* nomine veniunt.

Locuſtæ verò *Compoſitæ* ſunt, quarum calyx biglumis communiter, in ſinu ſuo continet folliculos biglumes, uno plures, qui vel *eidem baſi inſident*, vel *alternatim* ſcapo, ex infimo calyce ſurgenti, *adnaſcuntur*, ita ut unius baſis alterius baſi altiorem paulò ſitum obtineat.

GRAMINA PANICULATA, LOCUSTIS SIMPLICIBUS.

ſeu

Quarum calyx biglumis unicum Folliculum includit.

I. CALYCE BIGLUMI MUTICO, ſeu non ARISTATO, claudente.

A. Folliculum biglumem muticum in pappo deliteſcentem, plerunque tenuem membranaceum.

Gramen Arundinaceum, panicula molli ſpadicea majus *C B. Th.* 94. *Pin.* 7. *Agroſt. Prodr. pag.* 21. *Tab.* 1.

21. *Tab.* V. Gramen plumosum Lobelii, spica candida & serici modo lucens. *I. B. II.* 476. Gr. tomentosum & acerosum, calamagrostis quorundam, & vulgi Gramen plumosum. *Lob. Ic.* 6. Gr. dumetorum panicula acerosa, semine papposo, *Ray Hist.* 1287. Gr. paniculatum Arundinaceum, panicula densa spadicea. *Inst.* 523.

2. Gramen Arundinaceum, panicula molli, spadicea minus *C. B. Pin.* 7. *Th.* 95.

3. Gramen Arundinaceum, Paniculatum montanum, panicula spadiceo viridi, semine papposo. *It. Alp.* 1709.

4. Arundo Tyberina vulgaris D. Scherardi. *Ray Hist. III.* 615.

2. *Folliculum biglumem muticum plerunque splendentem, brevi ad basin pappo hirsutum.*

1. Gramen aquaticum paniculatum Phalaridis semine. *Inst.* 523. Gr. Arundinacenm acerosa gluma nostras *Park. Th.* 1273. *Ray Hist.* 1280. Gramen arundinaceum spicatum *C B. Pin.* 6. *Th.* 94. Gr. panniculatum aquaticum latifolium *C.B. Pin.* 3. *Theatr.* 40. an & huc referendum dubito? Gramen Arundinaceum calamagrostis dictum spica multiplici *C. B. Pin.* 6. *Theat* 92.

2. Gramen paniculatum aquaticum Phalaridis semine, folio variegato. *Inst.* 523. Gr. paniculatum, folio variegato *C. B. P. Pin.* 3. *Theat.* 37. Gr. striis pictum *I. B. II.* 476. Gr. sulcatum vel striatum album. *Lob. Ic.* 4.

3. *Caly-*

3. Calycis glumis angustis, locustellam lineam unam circiter longam efficientibus, folliculo tenui parvo, plerunque membranaceo, mutico.

Gramen radice repente, panicula delicata spadiceo viridi. *Nob.* Gr. Camerarii repens *IB. II.* 458. 1.

Gramen Caninum supinum minus. *C. B. Pin.* 1. *Th.* 13. Gr. parvum repens purpurea spica *IB. II.* 459. 2.

Gramen montanum panicula spadicea delicatiore *C. B. Pin. 3. Prodr. 12. Theatr. 36. IB. II. 476.* 3.

Gramen radice repente, panicula densa spicata spadiceo viridi, locustis exiguis muticis. *Nob.* 4.

Gramen Minimum palustre, panicula spadicea delicata tenui folium, semine exiguo rotundo. *Nob.* 5.

4. Calycis glumis exiguis brevissimis, folliculo lineam unam vix longo mutico, locustis in ramulis densissimè congestis, ut panicula è meris spicis composita videatur.

Amourettes Madraspatana cristata major, spica longiore viscosa. *S. B. 7. 302.* 1.

5. Calycis glumis ampliusculis, locustellam lineam unam circiter longam efficientibus, semine miliaceo, splendente.

Gramen

1. Gramen ſylvaticum panicula miliacea ſparſa *C. B. Pin.* 8. *Theat.* 140. Gramen miliaceum Lobelii *I B.* II. 462. Miliaceum Gramen *Lob. Ic.* 3.

2. Gramen paniculatum alpinum latifolium, panicula miliacea ſparſa. *It. Alp.* 1709.

6. Calycis glumis parvis breviſſimis, folliculo lineam unam circiter longo, in cujus ſinu floris ſtamina, ſeménque ſplendens miliaceum, membranula tenuiſſima diſcreta deliteſcunt.

1. Milium Salavvaccenſe grano minore. *S. B.* 516. 5. *pl.* 202.

2. Milium Madraſpatanum vulgare, panicula non ariſtata læve. *Mus. Petiv.* 565.

7. Locuſtis in ſericea delicatáque lanugine deliteſcentibus.

1. Gramen Arundinaceum plumoſum album *C. B. Prodr.* 14. *Theat.* 95. Gr. Arundinaceum ramoſum, plumoſum album *C. B. Pin.* 7. Gr. paniculatum Arundinaceum ramoſum panicula denſa ſericea *Inſt.* 523. Arundo farcta vallium Ravennæ *Zanoni.*

2. Arundo Madraſpatana, panicula ſericea albiſſima. *S. B.* 7. 268.

8. Calyce biglumi mutico claudente folliculum biglumem, aliquando etiam triglumem longum, muticum, ad baſin brevi pappo hirſutum.

Gra-

Gramen ſpicatum ſecalinum maritimum maximum, ſpica longiore. *Inſt.* 518. Gramen ſparteum ſpicatum, foliis mucronatis longioribus, vel ſpica ſecalina. *CB. Pin.* 5. *Theatr.* 67. Spartium ſpicatum pungens Oeceanicum. *IB. II.* 511. Spartum herba III. Maritimum *Clus. Hiſt.* CCXXI. 1.

B. *Calyce biglumi mutico claudente* FOLLICULUM BIGLUMEM ARISTATUM.

a. *Unica ariſta donatum.*

1. *Ariſta prodeunte ex alterutrius glumæ dorſo propè ejusdem baſin.*

Gramen parvum paniculatum alpinum, panicula ſpadicea, ariſtatum, *Agroſt. Prodr. pag.* 22. *Tab. IV.* 1.

Gramen paniculatum, capillaceo folio, locuſtis parvis, ſpadiceo fuſcis, ariſtatis. *Nob.* 2.

Gramen paniculatum ſupinum, ad infima culmorum genicula, foliorum capillarium faſciculis donatum. *Nob.* Gr. Caninum ſupinum paniculatum folio varians. *C. B. Pin.* 1. *Theat.* 12. Graminis primi Dioſcoridis ſpecies minima *Thalij.* 3.

Gramen à Gramine pratenſi ſpica ferè arundinacea glumis parùm ariſtatis differens. *Breynij.* 4.

2. *Ariſta prodeunte ex alterutrius folliculi glumæ dorſi circiter medio.*

Gramen caninum vineale *C. B. Pin.* 1. *Prodr.* 1. *Theat.* 11. *IB. II.* 458. 1.

3. *Ari-*

3. Arista prodeunte ex alterutrius glumæ dorso, paululùm infra dictæ glumæ apicem.

1. Gramen segetum altissimum panicula sparsa. *C. B. Pin.* 3. *Th.* 34. Gramen capillatum *I B. II.* 462. Gramen capillatum paniculis viridantibus & rubentibus I B. *Inst.* 524. malè apud *Rajum. Hist.* 1283. sub titulo *Graminis segetum panicula arundinacea. C. B.* occurrit.

2. Gramen arvense, paniculatum, spica interrupta. *Vaillant.*

4. Arista prodeunte ex ipso alterius glumæ apice, folliculo longiori villoso.

1. Gramen Arundinaceum, panicula densa, viridi argentea splendente aristata. *It. Alp.* 1709.

5. Arista prodeunte ex ipso alterius glumæ apice, folliculo brevissimo parvo.

1. Gramen serotinum arvense panicula contracta pyramidali. *Ray Syn.* 259. arvense spica laxa pyramidali. *Ray Hist.* 1288.

b. Calyce biglumi Mutico claudente folliculum biglumem Aristatum, DUPLICI ARISTA DONATUM.

1. Panicula heteromalla, seu unoversu disposita.

1. Gramen panicula pendula aurea *C. B. Pin.* 3. *Theat.*

Theat. 33. Gramen aureum Dalechampii, *Hist. Lugd.* Gr. Sciurum, ſeu Alopecurum minus, heteromalla panicula. *Barrel. Ic.* 4. Gr. Barcinonenſe panicula denſa aurea.. *Inſt.* 523.

II. Calyce biglumi Ariſtato, claudente Folliculum biglumem.

Utraque calycis gluma in filamentum ariſtiforme terminata, gluma folliculi majore abeunte in longiſſimam ac tortilem ariſtam.

a. *Nudam, ſenſimque attenuatam.*

Feſtuca junceo folio *C B. Pin.* 9. 66. *Prodr. Th.* 145. *I B. II.* 480. à qua non diſtinguo, Feſtucam longiſſimis ariſtis *C. B. Pin.* 10. *Theat.* 153. 1.

Spartum ſpica & ſetulis tenuiſſimis, caudam equinam æmulantibus *Bocc. Mus. Tab.* 97. 2.

b. *Lanugine ſericea veluti diſticha pennatam.*

Gramen Spicatum ariſtis pennatis. *Inſt.* 518. Gr. Sparteum pennatum *C.B.Pin.* 5. *Theat.* 70. Gr. pennatum, aliis ſpartum *IB. II.* 512. ſpartum Auſtriacum pennatum *Clus. Hiſt.* CCXXI. Gr. ſparteum pennatum majus. *Barrel. Ic.* 46. 1.

2. *Utraque calycis gluma, paulò infra apicem membranaceum, emittente ariſtam rectam,*

C *locuſtis*

locustis parvis subtilissimis, densissimè congestis.

1. Gramen Alopecuros minus spica longiore. *C. B. Pin.* 4. *Theat.* 57. Panicum maritimum spica longiore villosa. *Inst.* 515. Cauda vulpis Monspeliensium, Alopecuros Theophrasti, *Lob. Ic.* 45. Gr. Alopecuron minus, spica virescente divulsa. *Barrel. Ic.* 115. *I.*

2. Gramen Alopecurum majus, spicâ virescente divulsa, pilis longioribus. *Barrel. Ic.* 115. *II.* Alopecuros altera Anglica, maxima, paludosa, sive Gramen Alopecuroides maximum. *I. B. II.* 474. Alopecuros altera, maxima, Anglica, *Parkins, Th.* 1166. Alopecuros altera maxima Anglica paludosa *Gerardi.* 87. *Ray Catal. Angl. Hist. Pl.* 1266. *Synops.* 183.

GRAMINA PANICULATA, LOCUSTIS IN EADEM PANICULA nunc simplicibus, nunc Compositis.

Folliculo nunc unico nunc duplici, alternatim in calyce biglumi locato, aristato, & in pappo veluti delitescente.

1. Gramen palustre paniculatum minus *C. B. Pin.* 3. *Prodr.* 16. *Theat.* 39.

GRAMINA PANICULATA LOCUSTIS COMPOSITIS

Seu

Seu

Plures uno folliculos in calyce continentibus.

I. Locuſtis muticis, ſeu non Ariſtatis.

A. *Folliculis in calyce biglumi mutico longiori aut ex toto latentibus, aut apicibus ſuis parùm ſaltem ultra eundem productis, alternatim ſitis.*

1. Denſa delicatáque lanugine papposâ circumdatis.

a. *Duobus tribusque plerumque.*

Arundo ſativa quæ Δόναξ Dioſcoridis *C. B. Pin.* 17. *Theat.* 271. Arundo maxima & hortenſis *IB. II.* 486. Arundo domeſtica, calamus Cyprius. *Tabern. Ic.* 253. 1.

Arundo farcta Rheni Bononienſium. *Zanoni.* 2.

b. *Folliculis quinis aut ſenis in calyce biglumi.*

Arundo vulgaris ſive Φραγμίτης Dioſcoridis. 1.
C. B. Pin. 17. Arundo vulgaris *C. B. Th.* 269. Arundo vulgaris paluſtris *IB. II.* 485. Hanc in horto quodam Publico cultam vidi ſub titulo *Graminis arundinacei ramoſi plumoſi albi.* C. B.

Arundo media vulgaris, foliis & culmo in 2.
ſummo fuſiforme corpus componentibus. *Nob.*

2. Folliculis in calyce biglumi glabris, aut parùm ſaltem hirſutis, duobus, tribus, quatuorve.

a. *Panicula ſparſa laxáque.*

1. Gramen Alpinum paniculatum minus, panicula ſpadiceo viridi elegans. *Agroſt. Prodr. pag.* 19. *Tab. IV.*

2. Gramen paniculatum anguſtifolium alpinum, locuſtis rarioribus & anguſtioribus, non ariſtatis. *Agroſt. Prodr. pag.* 18. *Tab. II.* Gr. Nemoroſum panicula laxa, radice repente. *Juſſieu.* Gr. paniculatum ſylvaticum anguſtifolium, geniculis nigris, panicula delicatiore minùs ſparſa. *Breynij.*

3. Gramen cirroſa & villoſa ſpongia ad ſingula genicula donatum, paniculatum alpinum *Bocconi.* Gramen alpinum, globulis ad genicula flaveſcentibus. *Læl. Triumfetti.* à quo Bocconus, ſuppreſſo Triumfetti nomine, hoc gramen, juxtà cum aliis plantis novis, accepit & publicavit.

b. *Panicula denſa ſpicata.*

1. Gramen ſpica criſtata ſubhirſutum. *C. B. Pin.* 3. 19. *in Prodr. Theat.* 43.

2. Gramen pumilum, hirſutum, ſpica purpuro-argentea molli D. Dale. *Ray Hiſt.* 1265. Gramen avenaceum lanuginoſum anguſtifolium, panicula ſpicata, compacta, purpuro argentea, locuſtis non ariſtatis. *Breynij.*

Gramen

Gramen ſpicatum ſecalinum foliis anguſtisſimis, breviſſimis, mucronatis, glaucis, ſpica divulſa. *Breynij.* 3.

Gramen Valeſianum tenuifolium, panicula ſpicata, viridiargentea, ſplendente. *Nob.* 4.

3. *Folliculis in calyce biglumi accuminato, glabris, tribus, quatuor & quinque, Locuſtis tumidiuſculis.*

Gramen Montanum avenaceum, locuſtis muticis tumentibus piloſum *It. Alp.* 1709. Gr. avenaceum parvum procumbens, paniculis non ariſtatis. *Ray Hiſt.* 1288. *Synop.* 266. 1.

4. *Locuſtis tumidiuſculis, tribus quatúorve folliculis conſtantibus, quorum ſupremus truncatus eſt, è glumis compoſitus.*

a. *Folliculis glabris.*

Gramen Avenaceum, locuſtis rubris, montanum. *C. B. Pin.* 10. *Prodr.* 20. Gr. Montanum avenaceum, Locuſtis rubris. *C. B. Theat.* 154. *Ray Hiſt.* 1289. Gramen Locuſtis rubris *I B. I I.* 434. 1.

Gramen avenaceum locuſtis rarioribus. *C. B. Pin.* 10. *Theat.* 155. Gramen avenaceum rariore grano, nemorenſe, Danicum *Lobelii. It. IB. II.* 434. haud multum differre credo, à Gramine avenaceo nemoroſo glumis rarioribus ex fuſco xerampelinis. *Ray Hiſt.* 1289. 2.

Gramen Avenaceum anguſtifolium panicula pyramidali. *Barrel. Icon.* 95. *I.* 3.

 b. *Folli-*

b. *Folliculis lanuginosis seu pilosis.*

4. Scirpus minimus capitulo ſquamoſo breviori & craſſiori fuſco. *Nob.* Radix capillaribus fibris fuſcis firmata, calami prætenues palmares & ſpithamales, nonnunquam & paulò altiores, folia ſtylis altitudine paria, ſed tenuiora, anguſtiſſima, ad margines digitis deorsùm ductis aſpera: ſpicæ dum ſemen gerunt craſſiuſculæ, lineas duas aut duas circiter cum dimidia longæ; ſquamæ eas componentes acuminatæ caſtanei coloris, margine membranaceo dilutiori cinctæ.

5. Scirpus capitatus, *ſpicis plurimis ſquamoſis, è glumis imbricatim axi alternatim adnatis compoſitis, in ſummo ſcirpo in ſinu duorum pluriumque foliorum densè conglomeratis.*

1. Scirpus maritimus capite glomerato. *Inſt.* 528. Gr. Cyperoides maritimum *C. B. Pin.* 6. *Theat.* 91. Juncus maritimus. *Lobel. Icon.* 87. tria communiter folia capitulo ſubjacent.

2. Scirpus Madraſpatanus capitulo ſquamoſo ſubrotundo. *Nob.* Juncus ſtellatus Madraſpatanus, capitulis conoidibus ſquamoſis. *S. B.* 7. 316.

3. Scirpus minimus, capillaceo folio, Madraſpatanus, capitulo parvo. *Nob.* Juncus Madraſpatanus capitatus minor. *S. B-* 7. 297.

4. Scirpus parvus Madraſpatanus, capitulo glomerato fuſco. *Nob.* Juncus Madraſpatanus capitatus major. *S.B.* 7. 304.

SCIR-

SCIRPOIDES.

Styli ſeu calami juncei, glomeres nunc unus, nunc plures pediculis inſidentes, & ex ipſorum ſtylorum lateribus erumpentes, duri muſcoſi, compoſiti è locuſtis denſiſſimè confertis, compoſitis è ſquamulis pluribus brevibus, in quarum ſinu ſemina triquetra, hoc Genus à reliquis diſtinguunt.

Scirpoides maritimum capitulis ſparſis glomeratis. *Nob.* Juncus acutus maritimus capitulis rotundis. C. *B. Pin.* 11. *Theat.* 174. Juncus acutus maritimus alter. *Parkins.* 1194. Scirpus maritimus, capitulis rotundioribus, glomeratis. *Inſt.* 528. Holoſchænus, *Hiſt. Lugd.* 987. 1.

Scirpoides acutum maritimum capitulo glomerato ſolitario. *Nob.* Calami duri juncei tenues, lineam unam craſſitie haud adæquantes, ſemunciam, frequentius & ſemipedem infra acutum & plerunque versùs inferiora reflexum vel protenſum mucronem, globulus eſt, ex Locuſtis modo dicto denſiſſimè congeſtus, durus, cui ſubjacet foliolum ſemunciale aut unciale junceum, versùs inferiora reflexum. 2.

Cùm horum juncorum capitula non conſtent è ſquamis ſibi invicem ſuperimpoſitis, ſed ex Locuſtis conſtent ſquamoſis ſeparatim & denſiſſimè naſcentibus, mirari meritò ſubit, *Tournefortium* primam ſpeciem ad ſcirpos retuliſſe. 3.

PSEU-

PSEUDOCYPERUS.

Ob folia carinata Cyperorum foliis ſimilia, culmum autem rotundum, *Pſeudo Cyperum* voco hoc genus, cujus præterea notæ ſunt; Panicula Locuſtis conſtans anguſtis, acuminatis, è ſquamis aliquot conſtantibus imbricatim poſitis, quarum infimæ ſeu extimæ plerunque caſſæ ſunt & ſteriles, undiquaque ſcapo adnatæ, in ultimarum tandem ſinu verò latitant, ſtamina floris, & poſtea ſemen unicum, quod cirroſa aliquot filamenta per Locuſtarum mucronem emittit, plena autem maturitate in capſula triquetra continetur ſphæricum.

1. Pſeudo Cyperus paluſtris, foliis & Carina ſerratis. *Nob.* Gramen Cyperoides altiſſimum, foliis & carina ſerratis. *Bocc.* 72. Cyperus longus inodorus, Germanicus. *C. B. Theat.* 121. *Pin.* 14. Scirpus paluſtris, altiſſimus, foliis & carina ſerratis. *Inſt.* 528.

CYPERUS.

Notæ ſunt, culmus triangulus communiter, aut compreſſus etiam, folia bina, terna, aut etiam plura paniculæ ſummo calamo inſidenti ſubſtrata, panicula è ſpicis conſtans, compoſitis è ſquamis nunc alternatim axi proprio adnatis, aut etiam circumquaque & imbricatim poſitis, in quarum ſinu latitat ſemen plerunque nudum, triquetrum.

1. Spi-

I. Spicis pulchellis, conſtantibus è glumis ſimplicibus axi alternatim utrinque adnatis, ita ut ſpicam vel diſticham, vel diſtichæ ſimilem efficiant, culmo triangulari.

Cyperus odoratus, radice longa, ſeu Cype- 1.
rus officinarum. *C. B. Pin.* 14. *Inſt.* 527. Cyperus longus odoratus. *C. B. Theat.* 216. Cyperus panicula ſparſa, ſpecioſa. *I B. II.* 501. differt panicula magis minúsque ſparſa, ſeu ſpicis nunc longioribus pediculis, inſidentibus & laxiùs ſitis, nunc autem brevioribus, & tunc etiam ſpicæ denſiùs veluti conglomerantur; primus quod noverim hanc differentem ſpeciem in herbario ſuo ſicco annotavit Vir diligentiſſimus. *Læl. Triumfettus*, circa Bononiam locis paluſtribus natam

Cyperus rotundus, eſculentus, anguſtifolius. 2.
C. B. Pin. 14. *Theat.* 222. *Inſt.* 527. Thraſi. *I B. II.* 504. Dulcichinum. *Dod. Pempt.* 340. Radicis fibris in extremitate hinc inde adhærent glomeres quidam anguloſi vel ſubrotundi, qui quandoque baſi ſua, in tres quasdam breviſſimas protuberantias, tripodis adinſtar, terminantur.

Cyperus parvus, panicula è rubro fuſca, con- 3.
glomerata. *Nob.* Gramen Cyperoides, ſpica globoſa, diviſa. *Læl. Triumf. in Herb. ſicco.* Spicæ diſtichæ pulchræ è fuſco quodammodò rutiliantes, è glumis anguſtis alternatim ſitis compoſitæ, lineas tres quatuórve longæ, in denſum veluti capitulum conglomerantur, radix parva fibroſa fuſca vel nigricans.

Cype-

4. Cyperus minimus, panicula ſparſa, nigricante. *Inſt.* 527. Gramen Cyperoides minus, panicula ſparſa, nigricante. *C. B. Pin.* 6. Gr. Cyperoides minus, panicula ſparſa, obſoletè nigricante. *C. B. Theat.* 88. Gramen parvum pulchrum, aliud, panicula compreſſa, nigricante. *I B. II.* 471.

5. Cyperus minimus, panicula ſparſa, ſubflaveſcente. *Inſt.* 527. Gr. Cyperoides minus panicula ſparſa, ſubflaveſcente. *C B. Pin.* 6. Gr. Cyperoides minus, panicula ſparſa, ſubflava. *C. B. Th.* 88. Gramen pulchrum, parvum, panicula lata, compreſſa. *IB. II.* 470. Hoc duplex eſt, *majus* & *minus*; Hoc unciale & biunciale foliis donatum anguſtiſſimis plerunque capillaribus, culmi in ſummo ſuſtinent pauciſſimas ſpicas diſtichas, frequenter etiam unicam ſolummodò.

6. Cyperus enodis, nudus, culmis è vaginis brevibus prodeuntibus, ſpicis tenuioribus. *Nob.* Ex radice, ut videtur craſſa ſurgunt vaginæ plures invicem per ſeries juxta poſitæ, unciales ferè, quaſi truncatæ, fuſcæ, è quarum ſingula prodit calamus tenuis triqueter, nudus & enodis, ſummo ſui in ſinu trium foliorum ſuſtinens paniculam laxam quidem, ſed non latè ſparſam, è ſpicis valde anguſtis, diſtichis ſimilibus, tres vel quatuor ferè lineas longis, compoſitam.

7. Cyperus Filicinus medius, panicula comoſa è Madraſpatan, an *Mulen. Pullu. Hort. Malab. Vol.* 12. *Tab.* 54. *pag.* 101? *Petiv.*

8. Cyperus filicinus medius, panicula ſparſa è Madraſpatan. *Petiv Mus.*

Cype-

Cyperus Madraſpatanus, panicula ſpecioſa ramoſiſſima. *Petiv. Mus.* panicula hujus laxa, ſpicæ exiguæ, lineam unam aut unam cum dimidia longæ, valdè anguſtæ, è glumis alternatim ſcapo adnatis, valdè parvis, in obtuſiuſculum mucronem terminatis compoſitæ. 9.

Cyperus Madraſpatanus, paniculis ſemen Santonici æmulans. *Petiver.* Spicæ hujus elegantiſſimæ ſunt, diſtichæ, lineas duas aut duas cum dimidia longæ, compoſitæ ex alternatim ſitis glumis vix dimidiam lineam longis, obtuſiuſculis, fuſcis, in quarum ſinu ſemen caſtanei coloris, triquetrum, parvum. 10.

Cyperus Orientalis radice olivari, ſpicis longis, è ſpadiceo purpuraſcentibus. *Nob.* Traſi orientalis, radice olivari. *S. B.* 7. 249. Paniculæ ſpicæ ſesquiuncialibus & biuncialibus pediculis inſident, lineas octo, vel decem longæ, unam latæ, veluti diſtichæ, compoſitæ è glumis alternatim ſcapo adnatis, lineam unam cum dimidia ferè longis, in acutum mucronem terminatis, è ſpadiceo purpuraſcentibus, margine tenui albo cinctis. 11.

Cyperus Borneacus limonii panicula. *S. B.* 7. 296. panicula valdè laxa, ramulis per inæqualia breviáque intervalla adnaſcuntur ſpicæ lineas tres quatuórve longæ, valdè anguſtæ, laxæ, ſcapi etenim denticulis lineam ferè dimidiam ab invicem remotis alterno ſitu, adnaſcuntur glumæ linea dimidia paulò longiores, valdè anguſtæ, in obtuſum mucronem terminatæ, quæ in ſinu 12.

ſinu ſuo quælibet continent ſemen anguſtum lineam unam ferè longum, triquetrum.

2. *Spicis teretiuſculis, mucronatis, minoribus, lineas ſcilicet duas circiter longis, è ſquamis imbricatim poſitis, ſeu axi medio circumquaque adnatis conſtantibus.*

a. *Calamo triangulo.*

1. Cyperus Gramineus. *I.B. II.* 504. Gramen Cyperoides miliaceum. *C.B. Pin.* 6. *Theat* 90. Cyperus Graminea ſive miliacea. *Lobel. Icon.* 79.

b. *Calamo Compreſſo, vel etiam aliquatenùs complanato, ſubtereti.*

1. Cyperus Madraſpatanus, calamo compreſſo, ſpicis minoribus fuſcis. *Nob.* Juncus Madraſpatanus, ſquamis tortilibus minoribus. *Petiv. S.B.* 7. 300.

2. Cyperus minimus, panicula maxima, radice odora, repente. *Inſt. Coroll.* 39.

3. *Spicis teretibus, longioribus, ſemunciam & unciam, ſcilicet unam longis, è ſquamis undiquaque axi adnatis, & imbricatim poſitis conſtantibus, culmo triquetro.*

1. Cyperus panicula ſparsâ, è ſpicis longioribus, tenuoribus, teretibus compoſita. *Nob.* Cyperus vulgatior panicula ſparsa. *Inſt.* 527. Gramen

men Cyperoides panicula ſparſa majus. *C. B. Pin.* 6. *Theat.* 86. Gramen Cyperoides vulgatius aquaticum. *I. B. II.* 495. Pediculi aliquot, unciales, & biunciales, ſuſtinent, quilibet, ſpicas duas, tres, ad ſex usque, fuſcas aut ex fuſco ſpadiceas, ſemunciam, unciamque longas, aut paulò etiam longiores, lineam unam circiter cum dimidia latas, teretes, mucronatas, imbricatas. Inter dictos autem pediculos, medius ſpicarum ſimilium glomus, ex aliquot ſpicis compoſitus, culmi ſummo innatus.

Cyperus panicula compacta, è ſpicis teretibus, 2. craſſioribus compoſita. *Nob.* Pediculi quibus ſpicæ inſident, ob brevitatem ſuam veluti latent, quandoque adſummum tres unciæ quadrantes longi, qui ſpicas in ſummo ſui ſuſtinent tres communiter, ſex, ſeptem, quandoque & octo lineas longas, duas lineas latas, teretes, in obtuſum mucronem terminatas, fuſcas, aut ex fuſco ſpadiceas, imbricatas, compoſitas è glumis latioribus, plerunque apice laciniato donatis, in ſtagnis Liburno Hetruriæ vicinis, Majo floret.

4. *Squamis tenuibus, anguſtis, in capitulum ſubrotundum, in ſinu aliquot foliolorum ſitum, densè collectis.*

Cyperus Madraſpatanus minimus Xanthoides. 1. *Petiv.* perpuſilla plantula eſt, unciam unam altitudine vix ſuperans, culmi prætenues, triquetri in quorum ſummo quatuor plerunque foliola anguſtiſſima, tres quatuorve lineas, etiam ſe-

munciam longa, in quorum ſinu globulus unicus piſi circiter magnitudine, compoſitus è ſquamis anguſtis, in tenuem mucronem, aliquantiſper reflexum terminatis, densè & imbricatim congeſtis, quo fit, ut Xanthii capitulum æmuletur.

SCIRPOCYPERUS.

Calamus ſeu Culmus triqueter, hoc plantæ genus ad Cyperum revocaret, junceus autem medulláque fungoſa refertus cùm ſit, nudus item & enodis, ad ſcirpum pertineret, hinc *ſcirpo Cyperi* nomen, præcipuè, cum in utroque genere etiam adſint ſpicæ ſquamoſæ nunc diſticha forma, nunc imbricata conſpicuæ, in ſquamarum quarumlibet ſinu ſemen: Adde quòd ſpicæ ex ipſis calamis infra ſummitatem prodeant, prout in juncis & ſcirpis aliquibus fieri conſuevit.

1. Spicarum glumis ſcapo proprio alternatim adnatis, ſpicam diſticham efficientibus.

1. Scirpo Cyperus panicula glomerata è ſpicis diſtichis compoſita *Nob.* Cyperus maritimus, capitulis glomeratis. *Inſt.* 527. Juncus acutus, maritimus, caule triangulo. *C. B. Pin.* 11. *Prodr.* 22.

2. Spicarum glumis amplis, alternatim axi adnatis, in quarum ſinu ſemen triquetrum, tribus glumis membranaceis circumdatum.

1. Scirpo Cyperus Madraſpatanus, ſpicis pallidè fuſcis

fuſcis. *Nob.* Juncus Madraſpatanus ferè tricephalos, ſquamis tortilibus dentatus. *Mus. Petiv.*

3. *Spicarum glumis axi circumquaque adnatis, & imbricatim poſitis, ſpicas teretiuſculas efficientibus.*

Scirpo Cyperus panicula glomerata, è ſpicis imbricatis compoſita. *Nob.* convenit forſan cum *Junco acuto, maritimo, caule triquetro, maximo, molli, proceriori, noſtrate. Plukn. Phytogr. Ray. Syn.* 272. decernant ij, quibus Author prædictus ad manus eſt, Helveticus hic noſter eſt, in paludoſis Agri Tigurini natus. 1.

Scirpo cyperus Madraſpatanus, ſpicis parvis imbricatis. *Nob.* Juncus Madraſpatanus minor. *S. B.* 7. 261. 2.

CYPEROIDES.

Notæ hujus generis ſunt, culmi triquetri, ſpicæ ſquamoſæ, ſeu è pluribus glumis axi proprio adnatis conſtantes, vel floriferæ & ſteriles, vel ſeminiferæ, quarum poſteriores vel in eadem planta cum primis junguntur, vel ſolæ ſunt. *Spicæ* autem *floriferæ* conſtant è ſquamis ſeu glumis imbricatim poſitis, ſeu axi circumquaque adnatis, è quarum ſinu prodeunt ſtamina floris, apicibus onuſta, *ſpicæ* verò *ſeminiferæ* conſtant è glumis, in quarum ſingularum ſinu folliculus, cum ſemine incluſo, plerunque triquetro. Adde, quòd ſpicæ, ſi plures unâ ſint, non in ſummo culmo eodemque loco oriantur, ſed per per culmum

 ipſum

ipſum ſpatiis ab invicem diſtinctis ex foliorum communiter ala prodeant.

A. CYPEROIDEA POLYSTACHYA, ſpicis, floriferis & ſeminiferis. Hæc pluribus unâ conſtant ſpicis, in eodem culmo per inæqualia ejus ſpatia naſcentibus, quarum ſummarum una, aut una plures, floriferæ ſunt & ſteriles.

1. Spica unica caſſa ſeu florifera in culmi ſummitate poſita.

a. Spicis ſeminiferis laxis, ſeu è folliculis laxiùs ſitis compoſitis, tenuibus.

1. *Vel nulli vel brevi pedicello inſidentibus, in folioli membranacei vaginæformis ſinu, veluti ſeſſilibus.*

1. Cyperoides montanum, humile, anguſtifolium culmo veluti folioſo, ſpicis obſeſſo. *Nob.*

2. Cyperoides longifolium, culmo pumilo, veluti folioſo, ſpicis tenuibus ſpadiceis. *Nob.*

2. *Pediculis inſidentibus, qui prodeunt è ſinu vaginæ membranaceæ, aut in nullum, aut etiam breviſſimum foliolum terminatæ.*

1. Gramen Cyperoides, polyſtachion, minimum

mum, ſpicis per maturitatem albicantibus. *Ray. Hiſt.* 1295. Gramen ſylvaticum, anguſtifolium, ſpica alba. *C. B. Theat.* 47. Hoc plena maturitate *Rajanum* eſt, primo autem vere, ubi propullulare incipit, ſpicámque ſaltem promit floriferam, ſummo culmo inſidentem, *Bauhinianum* eſt, adeò facie, diverſis maturitatis ſuæ gradibus, ludit diverſa.

3. Pediculis inſidentibus, vel etiam ex iisdem pendulis, qui prodeunt è ſinu foliorum, per inæqualia culmi ſpatia natorum.

Cyperoides latifolium, hirſutum ſpicis tenuiſſimis. *Nob.* 1.

Cyperoides anguſtifolium, alpinum, ſpica, ſpadicea, tenuiore. *Nob.* 2.

Cyperoides alpinum, ſpicis ſeminiferis tenuioribus atroſpadiceis. *Nob.* 3.

Cyperoides alpinum, anguſtifolium, ſpicis laxis, ſpadiceo viridibus. *Nob.* 4.

Cyperoides alpinum anguſtifolium, ſpicis ſeminiferis, tenuibus, fuſco viridibus. *Nob.* 5.

Gramen Cyderoides ſylvarum tenuius ſpicatum. *Parkins. Theatr.* 1171. *Lobel. Illuſtr. Stirp.* 60. *Ray Syn.* 266. *Hiſt. Pl.* 1295. 6.

1. Spicis ſeminiferis denſioribus, ſeu è granis imbricatim axi circumjacentibus conſtantibus.

1. Nullis pediculis communiter insidentibus.

a. In ala membranarum vaginæformium, quandoque in brevia foliola terminatarum, veluti sessilibus.

1. Cyperoides montanum, foliis angustis parvis, spica spadicea divisa. *Nob.*

2. Cyperoides alpinum foliis caryophyllæis, spicis brevibus è nigricante & albido variis. *Nob.*

3. Cyperoides angustifolium montanum, folliculis seminum villosis. *Nob.* Gramen spicatum angustifolium montanum. C. *B. Theat.* 47.

b. *In ala foliorum, per culmum nascentium, veluti sessilibus.*

1. Cyperoides sylvaticum angustifolium, spicis parvis, tenuibus, spadiceo viridibus. *Nob.*

2. Cyperoides palustre aculeatum capitulo breviore. *Inst.* 529. Gramen palustre aculeatum Germanicum vel minus, *C.B. Pin.* 7. Gramen palustre echinatum. *Lob. Ic.* 15. *IB. II.* 497.

3. Cyperoides angustifolium, spicis sessilibus in foliorum alis. *Inst.* 530. Gramen Cyperoides angustifolium, spicis sessilibus in foliorum alis. *Ray Hist.* 1295.

2. Pediculis quibusdam è foliorum per culmum nascentium alis prodeuntibus, insidentibus.

a. *Surrectis.*

Cyperoi-

Cyperoides alpinum pumilum, ſpicis ſpadiceo viridibus, brevioribus & craſſioribus. *Nob.* Gr. Cyperoides anguſtifolium, ſpica ſpadiceo-viridi, minus alpinum, ſpicis brevioribus & habitioribus. *Fratri in Herb. Sicc.* 1.

Cyperoides polyſtachyon, flavicans, ſpicis brevibus, propè ſummitatem caulis. *Inſt.* 530. Gramen Cyperoides polyſtachyon, flavicans, ſpicis brevibus, propè ſummitatem caulis. *Ray Hiſt. pl.* 1294. 2.

Cyperoides ſpicis parvis longè diſtantibus. *Inſt.* 530. Gramen Cyperoides, ſpicis parvis, longiſſimè diſtantibus. *Ray Hiſt.* 1295. 3.

Cyperoides alpinum, Caryophyllatæ foliis, ſpicis tenuibus, è fuſco rufeſcentibus. *Nob.* 4.

Cyperoides ſpicis viridibus, brevibus, è ſquamis anguſtioribus compoſitis, latifolium. *Nob.* 5.

Cyperoides alpinum, pumilum, ſpicis ex albicante & ſpadiceo variis. *Nob.* 6.

Gramen ſpicatum anguſtifolium montanum. C. B. foliis brevioribus. *Breyn.* 7.

b. *Ex iiſdem pendulis.*

Cyperoides ſpica pendula breviore. *Inſt.* 529. Gramen Cyperoides, ſpica pendula breviore. *C. B. Pin.* 6. Gr. Cyperoides ſpica pendula breviore majus. *C. B. Theat.* 85. Pſeudo Cyperus Lobelii, ſpicis vel paniculis pendentibus ex longis pediculis. *IB, II.* 496. Pſeudo Cyperus, *Dod. Pempt.* 339. 1.

2. Cyperoides ſpica pendula breviore, ſquamis, è ſpadiceo, vel fuſco rutilante viridibus. *Nob.* Gr. Cyperoides ſpica pendula breviore minus. *C. B. Theat.* 85.

3. Cyperoides ſpica pendula, longiore & anguſtiore. *Inſt.* 529. Gramen Cyperoides, ſpica pendula, longiore & anguſtiore. *C. B. Pin.* 6. *Prodr.* 13. *Theat.* 85. *Ray Hiſt.* 1294. Gramen Cyperoides, latifolium, typha pendula longiore. *Barrel. Ic.* 45.

2. Spica unica caſſa florifera, non in ſummitate culmi, ſed infra ſpicam unam ſeminiferam poſita : *Spicis ſeminiferis laxis, è glumis alternatim ſcapo adnatis compoſitis, in quarum ſinu folliculi cum ſemine triquetro.*

1. Gramen Caryophyllatum, montanum, ſpica varia. *C. B. Theatr.* 48.

2. Gramen Caryophyllatum, nemoroſum, ſpica multiplici. *C. B. Theatr.* 47. Gramen parvum ſylvaticum, paniculis forma pedum avium. *I. B. II.* 497.

3. Spicarum ſummarum nunc unica florifera, nunc etiam duabus, vel etiam ſpica una alteraque è ſupremis, ex parte florifera caſſa, & ſeminifera.

1. Cyperoides paluſtre anguſtifolium, ſpicis habitioribus ſpadiceo viridibus. *Nob.*

4. Spica

4. Spica unica vel duplici, cassa florifera, summitati culmi nunc insidente, nunc prorsùs absente, vel spicis floriferis pluribus, culmis aliis insidentibus, spicis nullis pediculis innixis.

Gramen Cyperoides, spica è pluribus spicis mollibus composita. *Ray Hist.* 1296. Hoc à *Gramine Cyperoide, palustri, spica divulsa.* C. B. & *Gramine Cyperoide ex monte Ballon spica divulsa.* I. B. nulla alia differt nota, quam foliolo infimæ spicæ subjecto, quod in hoc nostro gluma lalatiuscula est in brevissimum & tenue valdè foliolum terminata. 1.

5. Spicarum supremarum, una pluribus, floriferis cassis, reliquis seminiferis.

Cyperoides latifolium, spica rufa, sive caule triangulo. *Inst.* 529. Gramen Cyperoides latifolium spica rufa, sive caule triangulo. *C. B. Pin.* 6. *Theat.* 83. Gramen Cyperoides cum paniculis nigris. *I. B. II.* 494. Gramen Cyperoides *Lobel. Icon.* 11. Forsan & huc vocandum, *Gramen Typhoides spica multiplici. C. B. Theat.* 54. 1.

Cyperoides nigro luteum, vernum, minus. *Inst.* 529. Gramen Cyperoides foliis caryophyllæis vulgatissimum. *Ray Hist. Pl.* 1293. Graminis nigro lutei verni varietas minor. *I.B. II.* 494. 2.

Cyperoides latifolium, spica spadiceo viridi, 3.

 majus

majus. *Inst.* 529. Gramen Cyperoides, latifolium, ſpica ſpadiceo viridi majus. *C. B. Pin.* 6. *Prodr.* 13. *J B. II.* 495.

4. Cyperoides paluſtre, latifolium, ſpicis teretibus, erectis, ex terreo obſcurè fuſcis. *Nob.*

5. Cyperoides paluſtre, ſpicis purpureo ſpadiceis, tenuibus pediculis inſidentibus. *Nob.*

6. Cyperoides veſicarium, ſpicis viridantibus vel, ſubfuſcis. *Nob.* Cyperoides veſicarium glabrum ſpica pendula longiore. *Inſt.* 530. *Hiſt. Plant. Paris. p.* 263. cum hoc noſtro idem facimus, optimè conveniente deſcriptione, utut in aliquibus deſiderentur pediculi ſesquiunciales, aut biunciales, quibus ſpicas inſidere dicit.

7. Cyperoides polyſtachion, ſpicis teretibus erectis. *Inſt.* 529. Gramen Cyperoides, polyſtachyon, majus, ſpicis teretibus erectis. *Ray Synops.* 265. *Hiſt. Plant.* 1294. Gramen Cyperoides, anguſtifolium, ſpicis longis, erectis. *C. B. Pin.* 6. *Theat.* 84. Gramen paluſtre majus. *Lobel. Icon* 11. Hujus datur ſpecies ſesquipedalis & bipedalis, & altior folia proferens pedalia & ſesquipedalia, tres circiter lineas lata, ſpicas ferens, duas trésque uncias longas: Alia eſt pedalis, aut paulò altior, folia proferens ſpithamalia & pedalia, duas circiter lineas lata, ſpicas ferens unciales & ſesquiunciales. Tertia tandem ſpithamalis altitudinis eſt, cujus folia vix lineam lata, palmaria & ſpithamalia, ſpicas unciales circiter, proferens.

Cype-

Cyperoides Polystachion, languinosum. *Inst.* 529. Gramen Cyperoides polystachyon lanuginosum. *Ray Synops.* 265. *Hist. Plant.* 1294. Gramen spicatum foliis & spicis hirsutis mollibus. *C. B. Theat.* 48. 8.

6. Spicis floriferis cassis destituta.

a. *Spicis prope summitatem culmi, pediculis insidentibus.*

Cyperoides alpinum pulchrum, foliis caryophyllæis, spicis atris tumentibus. *It. Alp.* 1709. 1.

b. *Versùs summitatem culmi laxiùs dispositis.*

1. *Spicis brevissimis.*

Gramen Cyperoides spicatum minimum, spica divulsa aculeata. *Ray Hist.* 1298. Gramen sylvaticum. III. Tab. parvum tenuifolium cum spica aculeata. *I. B. II.* 509. Gramen nemorosum spicis parvis asperis. *C. B. Theat.* 100. 1.

2. *Spicis longioribus & laxioribus.*

Cyperoides polystachyon, spicis laxis paniculam veluti componentibus. *Nob.* 1.

c. *In spicam oblongam interruptam, dispositis.*

Gramen Cyperoides spicis minoribus, minúsque compactis. *C. B. Pin.* 6. *Theatr.* 87. Gramen Cyperoides spicatum minus. *Ray Hist. Pl.* 1297. 1.

d. *In*

d. *In ſpicam veluti diſticham diſpoſitis.*

1. Gramen Cyperoides, ſpica ſimplici, compreſſa diſticha, *Pluknet. Ray Syn.*

e. *In ſpicam brevem, unicam, veluti in capitulum quoddam collectis.*

1. Gramen Cyperoides juncifolium, ſpica ſimplici in ſummitate culmi, atrofuſca. *Nob.*

2. Cyperoides alpinum, tenuifolium, ſpica brevi ferruginea. *Nob.*

3. Gramen alpinum, enode, ſpica parva ſubrotunda ferruginea. *Agr. Prodr. pag.* 18. Tab. IV.

B. *CYPEROIDEA MONOSTACHYA.*

Horum proprium eſt, habere ſpicam unicam, ſummo culmo inſidentem imbricatam, è ſquamis axi circumquaque adnatis compoſitam, in quarum ſinu aut floris ſtamina, aut ſemen.

Spica in eodem ceſpite nunc florifera & caſſa, nunc ſeminifera.

1. Gramen Cyperoides ſpica ſimplici caſſa. *Ray Synops.* 267. Gramen Cyperoides ſeminibus deorſùm reflexis puliciformibus. *Ray Hiſt. Plant.* 1298.

C. *CYPEROIDEA PANICULATA.*

Horum notæ ſunt, ramuli è culmo erumpentes, quibus inſident ſpicæ exiguæ plures, è pluribus ſquamis conſtantes, in quarum ſingularum ſinu ſemen latitat.

1. Panicula conſtante è pluribus ramulis,

qui-

quibus alternatim adnaſcuntur ſpicæ, è ſquamis imbricatim poſitis conſtantes, in quarum ſinu folliculus cum ſemine.

Gramen Cyperoides ſpica longiore laxa. *Ray Hiſt.* 1296. Cyperus alpinus, longus, inodorus, panicula ferruginea, minùs ſparſa. *Agroſt. Predr. Tab. VIII. pag.* 27. 1.

2. Panicula conſtante è ramulis diverſis diſſitisque culmi locis oriundis, ſuſtinentibus paniculam, quilibet, denſam veluti umbellatam, è locuſtis, aliquot glumis ſeu ſquamis conſtantibus, compoſitam, in quarum ſinu unum alterumque ſemen, in ſinu aliquot filamentorum ſeſſile.

Gramen Cyperoides paluſtre Leucanthemum *Ger. Emac. L. I. Cap. 22. N. 7. Ray Hiſt.* 1295. huc forſan pertinet, *Gramen paluſtre junceum racemoſo ſemine. C. B. Theat.* 74. 1.

CYPEROIDI AFFINE.

Hujus generis ſunt omnia illa Gramina, quæ quidem ſpicas habent è ſquamis undiquaque axi adnatis compoſitas, vel capitula è ſpicis parvis, ſeu Locuſtis compoſita, pluribus ſquamis axi circumquaque adnatis conſtantibus, ſed quæ culmo gaudent non triquetro ſed teretiuſculo, ſpiisque caſſis floriferis deſtituuntur.

Gramen Madraſpatanum, hirſutum, glomerulis echinatis. *S. B.* 7. 262. 1.

Gramen Madraſpatanum, conoidibus ſquamoſis. *Petiv.* 2.

F I N I S.

Vocum & terminorum, in hac Graminum Methodo occurrentium, Explicatio.

Ala, Sinus eſt inter culmum foliumque ſitus, ſeu ipſe angulus, qui à concurſu culmi & foliorum formatur.

Apices, ſunt particulæ illæ, pulvere quodam plerumque minutiſſimo aut conſperſæ, aut fœtæ, ipſis ſtaminibus floris, ſeu ſubtiliſſimis quibusdam veluti filamentis appenſæ, quæ & *Rajo Antheræ* vocantur.

Ariſta, filamentum eſt tenue, imò à baſi ſua ſenſim attenuatum, plerunque aſperum, ſi nempe digiti deorsùm ducantur, quod exit diverſis glumarum locis, vel ex ipſo nempe glumarum apice, vel è dorſo ſtatim infra apicem, vel è medio dorſo, vel ex ipſa glumarum dorſi baſi, quandoque etiam, ſed raró, prodit ex ipſa glumarum cavitate. Hæ duplicis generis ſunt, aliæ etenim ſunt, *Rectæ*, quæ ab initio ſui ſenſim attenuantur, aliæ *Articulatæ*, quæ Locuſtarum pedibus figura ſimiles ſunt, ita etenim, veluti ſi quadam donatæ eſſent articulatione, inflectuntur, harum pars inferior uſque ad flexuram ſpiraliter intorta eſt, pars ſuperior autem rectà extenditur, ſenſimque Rectarum more attenuatur, hæ ariſtæ, minimo humiditatis ſenſu, imo ſolo oris flatu, circumrotantur.

Axis, idem quod *Scapus*. Vid. *Scapus*.

Calyx,

Calyx, hanc vocem ex reliqua re Herbaria mutuo ſumere fuimus coacti, ad deſignandas glumas ſteriles illas & caſſas, quæ Locuſtis ſpicarum & panicularum, earumque folliculis, baſeos veluti communis loco inſerviunt, ac re ipſa calycis vice funguntur, haud aliter prorsùs quam floris calyx in reliquis plantis: hic à multitudine glumarum dicitur *uniglumis*, *biglumis*, aut *triglumis.*

Carina, ſulcus eſt in acutum angulum excavatus, qui per Graminum quorundam, ſpeciatim Cyperini Generis, foliorum mediam longitudinem excurrit, carinæ navis adinſtar, & folia ſulco tali donata, vocantur *Carinata.*

Culmus, in Graminibus idem eſt ac *Caulis* in plantis reliquis, & *Caudex* in arboribus, item *ſtylus* vel *Calamus* in juncis, eſtque calamus ille à radice uſque ad ſpicam vel paniculam, Graminum & Cerealium fructum, protenſus.

Folia, ſunt eæ Graminum partes, quæ culmum, prout & folia in reliquis plantis, caules & ramos, veſtiunt, communiter longa, anguſta, planaque ſunt, vel ex ipſa radice oriunda, ceſpites veluti quosdam efficientia, vel ad ſingula culmorum genicula oriunda ſingula, & hæc communiter duabus partibus conſtant, *ſuperiore*, quæ folium eſt, & inferiore quæ *vagina* dicitur, hæc etenim vaginæ in modum culmum ambit, eúmque in cavitate ſua recondit.

Folliculus, idem quod *Utriculus*, eſt illa Locuſtarum pars, quæ ex una, duabus, tribus,

aut

aut ad ſummum quatuor conſtat glumis, & è cujus ſinu prodeunt ſtamina floris, & in qua poſtea reconditur ſemen, hic pro multitudine glumarum vocatur *uniglumis*, *biglumis*, *triglumis*, *quadriglumis*, ſed communiter Folliculus quivis, duabus glumis conſtat.

Geniculum, idem quod *Articulus*, ſeu *Nodus*, qui Graminum culmos in quasdam veluti partes ab invicem diſtinguit, quorumve aliquot communiter in uno eodemque Culmo inveniuntur hinc *Culmus geniculatus* dicitur, idem quoque convenit *Radicibus*, quæ ob articulos, quibus per intervalla diſtinguuntur, etiam *Geniculatæ* dicuntur. Culmi autem nullis geniculis diſtincti, vocantur *Enodes*.

Gluma, idem quod *Squama*, unica eſt membranoſa aut veluti cartilaginoſa ſquama, folliculos vel utriculos componens, plerunque cavitate, in cymbæ cujusdam formam efformata prædita, vel etiam veluti plana; hac ſignificatione utor, ut *glumam* à *folliculo* vel *utriculo*, qui pluribus una plerunque conſtat glumis aut ſquamis, diſtinguam, hactenùs etenim conſuetus Botanicorum mos fuit, ut gluma idem communiter ſignificaret quod folliculus, utut autem *folliculus* ex. gr. *biglumis* ita conſtructus ſit, ut floſculum quendam Monopetalum, ad baſin usque bifidum repreæſentet, nihil obſtat, quin duas ejus glumas ſeu valvas ſeparatim conſiderare quis poſſit, habet autem ſuas gluma quælibet partes: *Glumarum* etenim *dorſum* eſt ea marginibus ejus intermedia pars, quæ partem eorundem

dem

dem convexam exteriorem efficit : *Venter* autem eſt pars ea, quæ ipſas efficit margines, è diverſis dorſi glumarum partibus, ariſtæ communiter prodire conſueverunt.

Imbricatus , *imbricatim poſitus* , de glumarum vel Folliculorum ſitu adhibetur hic terminus , cùm gluma vel folliculus duorum aliorum commiſſuram tegit, prout id in tectorum tegulis & imbricibus , piſciumque ſquamis, fieri conſuevit.

Locuſta, integrum eſt , in ſpicis paniculisque corpus quoddam , quod è folliculo vel unico , vel pluribus componitur, & propriæ cuidam vel baſi, vel pedicello nunc longiori, nunc breviori, innititur, proprioque ſuo plerunque calyce gaudet: ſi unicus adeſt folliculus, id eſt unicum ſeminis involucrum, *Locuſta* vocatur *Simplex*, ſi plures uno , *Compoſita* audit, quæ ſi grandiores ſint & ex pluribus folliculis compoſitæ , *Spicæ* etiam *partiales*, vel *Locuſtæ Spicæformes* vocantur, ſi autem calyce, ſeu glumis caſſis & ſterilibus deſtituantur, *Locuſtæ nudæ* cluent.

Muticus , idem quod *non ariſtatus* , ſeu *ariſtis carens*.

Panicula, Vid. Notas Graminibus præfixas.

Scapus , idem quod *Axis*, & aliis *Columen*, eſt ea ſummi Culmi pars, quæ ſpicæ vel etiam paniculæ alicujus medium occupat , cui locuſtæ circumquaque , vel etiam ad latera affiguntur, qui ſcapus, ſi in plura veluti internodia diſtinc-

tus, & flexibus ita incurvatus eſt, ut per intervalla quidam veluti promineant denticuli, qui Locuſtarum baſes ſunt, *ſcapus* ſeu *Axis denticulatus* vocatur. Eadem Axeos ſeu ſcapi ſignificatione utimur, in attenuata illa prolongatorum pediculorum parte, cui alternatim in Locuſtis adnaſcuntur folliculi, quæ pars, *Locuſtarum ſcapus* aut *axis* vocatur.

Spicatus, de graminibus ſpicas ferentibus dicitur, ſuntque ea omnia, quæ corpus unum, vel etiam plura oblonga proferunt, ita ex Locuſtis coagmentata, ut eæ vel ſcapo medio, ſeu Axi ſuo, aut immediatè, aut breviſſimo innixæ pediculo, adnaſcantur, vel ſi Locuſtæ ita densè ſunt coagmentatæ, ut nulla ramorum, quibus Locuſtæ innaſcuntur, veſtigia cernantur.

Squama, idem quod *Gluma*.

Vagina, eſt theca illa, ſeu in cylindrum cavum convoluta inferior foliorum pars, quæ culmum obvolvit, eumque, veluti vagina gladium, in ſinu ſuo recondit.

Utriculus, idem quod *Folliculus*.

Menſurarum, ubicunque occurrit mentio, *pedum* ſcil. *unciarum*, *linearumve*, illud omne de menſuris Pariſinis intelligendum, de pede ſcilicet qui vocatur *Pied du Roy*; cujus ad præcipuorum Europæ populorum pedem, ratio, ſeu proportio, apud diverſos notatur, & nota hinc eſſe ſupponitur.

ADDEN-

ADDENDA.

Poſt elaboratam Methodum adhuc ad manus meas pervenerunt, duo Graminum ſpicatorum Genera, ipſi Hiſtoriæ, ſuis, quodlibet, locis inſerta, quæ & heic Additamenti loco adjungo.

Poſt *Gramina ſpica ſecalina* pag. 6. locari debuiſſet Genus *Graminum Spica Secalinæ Affini*; ſingulis ſcapi denticulis inſidet Locuſta, compoſita è calyce biglumi, ariſtato, glumis ad latera folliculi poſitis, in quarum ſinu folliculus biglumis, ventre ſuo versùs ſcapum ſpectans, cujus major & exterior gluma in ariſtam apice ſuo deſinit, cujus ſpecies, unica.

Gramen ſecalino affine, ſpica anguſtiſſima, Locuſtis ſimplicibus, Ariſtatis. Nob. apud Moriſonum occurrere hoc Gramen mihi dictum, cùm autem ad manus non ſit Author, ſine præjudicio laudatiſſimi Authoris, meum nomen appoſui.

In Graminibus Typhinis, primæ Claſſis, *pag.* 13. Gramen ſecundum, ſeu *Typhoides aſperum primum. C. B.* idem eſt cum 4. ſeu Gr. *Typhoide ſpica anguſtiore.* C. B. Breynii.

Poſt Gramina Typhina *pag.* 14. locari debuiſſet Genus *Graminum Typho Phalaroideorum*, quorum ſpica anguſta, lineas duas aut tres latitudine non excedens, teres, Cylindracea, Typhoideorum Graminum ſpicæ, forma externa, ſimilis, à Typhoideis autem differt Locusſtis utrinque mucronatis, ſeu è lato ventre in mucronem,

basi &apice, contractis, item quòd calycis glumæ aristis prorsùs careant, & muticæ sint, & hinc corniculis destitutæ, species hactenùs mihi est unica.

Gramen Typhinum, minori spica phalaridis, duriore, subfusca. Barrel. Icon. 14. *II.*

Post *Gramina Paniculata, Locustis simplicibus.* pag. 34. inseri debuisset Genus aliud, *Graminum* nempe *Paniculatorum Locustis simplicibus, partim Aristatis, partim muticis in eadem panicula*, cujus species est unica.

Gramen Arundinaceum, paniculatum, Locustis partim muticis, partim aristatis. Nob. Cujus hæ notæ sunt, quæ illud à Graminibus reliquis omnibus distinguunt. Ramulis Paniculæ primariis & secundariis, Locustæ densè innascuntur, ex cujuslibet Locustæ basi oriuntur pediculi duo, lineam cum dimidia circiter longi, quorum quilibet sustinet Locustam, vel aristatam vel muticam, quandoque utraque mutica est, præsertim in extremitate ramulorum, alias autem altera aristata est, hæ diversæ sunt structuræ. *Aristatæ* etenim Locustæ, duas lineas longæ, è duabus constant glumis cartilagineis, ex paleaceo & castaneo diluto variis, acuminatis, in quarum sinu folliculus, gluma constans tenui, membranacea, alterius autem glumæ vicem præstat arista tortilis, recurva, quatuor aut sex lineas longa. *Muticæ Locustæ* duas lineas longæ sunt, angustæ, mucronatæ, in calyce earum biglumi continetur folliculus, duabus constans glumis, angustis valdè, tenuibus, membranaceis, in quarum sinu

stamina

ſtamina floris ,prout & in folliculo ariſtatarum Locuſtarum. Hoc ex *Horto Regio Pariſino* mihi communicavit. *D. Juſſieu*, ſed nomen appoſitum interiit, meum appoſui ſine præjudicio Inventoris,ni fallor, velut Gramen à Moriſono deſcriptum exhibuit,quo Authore hactenùs careo.

Authoritatum, in hac Methodo occurrentium, brevis explicatio.

Agroſt. Prodr. Agroſtographiæ Helveticæ Prodromus, Authoris.
Ambros. Ambroſini Phytologia.
Barrel. Ic. Barrelieri icones.
Bobert. Hiſt. Oxon. Boberti Hiſtoria Oxonienſis.
Bocc. Mus. Pauli Bocconi Muſeo di piante.
Bot. Monſp. Botanici Monſpelienſis, it. ejuſd. Appendices duo, Petri Magnol.
Breyn. Joh. Philippus Breynius Gedanenſis, Jacobi filius.
C. B. Pin. Caſpari Bauhini Pinax.
C. B. Prod. Caſpari Bauhini Prodromus.
C. B. Phytop. Caſpari Bauhini Phytopinax.
C. B. Theat. Caſpari Bauhini Theatrum Botanicum.
Cæſalp. Andreas Cæſalpinns.
Catal. Læl. Triumf. ap. Fratrem. Lælii Triumfetti Catalogus Plantarum apud Fratrem.
Cluſ. Hiſp. Caroli Cluſii Hiſtoria plantarum per Hiſpanias obſervatarum.
Clus. Hiſt. Caroli Cluſii Hiſtoria rariorum plantarum.
Clus. Cur. Poſt. Caroli Cluſii Curæ poſteriores.

Column. &c. Fabii Columnæ ἔκφρασις, & Phytobaſanos.

Dod. Pempt. Remberti Dodonæi Stirpium Hiſtoriæ pemptades Sex.

Flor. Pruſs. Joh. Lœſelii Flora Pruſſica, per *Joh. Gottſched.*

Fratr. Ὀυρεσιφ. J. Jac. Scheuchzeri Ὀυρεσιφοίτης Helveticus.

Fratr. Ουρεσιφ. MSC. Joh. Jac. Scheuchzeri Itinera Alpina MSCta.

Ger. Emac. Gerardus Emaculatus.

Geſn. Not. MSC. Conradi Geſneri Notæ Manuſcriptæ ad Authores Botanicos.

Hiſt. Lugd. Hiſtoria plantarum Lugdunenſis.

Hiſt. Plant. Paris. Pitton de Tournefort Hiſtoire des plantes aux environs de Paris.

Hort. Cath. Franciſci Cupani Hortus Catholicus.

Hort. Malab. Hortus Malabaricus.

I. B. Johannis Bauhini Hiſtoria Plantarum univerſalis.

Inſt. Joſ. Pitton Tournefort Inſtitutiones Rei Herbariæ.

It. Alp. 1709. Joh. Scheuchzeri Iter Alpinum Anni 1709. Academiæ Regiæ Pariſienſi narratum.

Juſſieu. Antonius de Juſſieu.

Læl. Triumf. Lælius Triumfetti.

Lob. Ic. Lobelii Icones ſtirpium.

Lob. Illuſtr. Matthiæ de Lobel ſtirpium illuſtrationes.

Lob. Adv. Matthiæ de Lobel, ſtirpium Adverſaria nova.

Matth.

Matth. Petri Andreæ Matthioli Commentarii in Dioſcoridem.
Mor. Hiſt. Oxon. Roberti Moriſſon Hiſtoriæ Oxonienſis pars 2. pars 3. quæ & occurrit ſub titulo *Bobert Hiſt. Oxon.*
Parkins Theat. Parkinſoni Theatrum Botanicum.
Petiv. Mus. Gazoph. Petiverii Muſæum vel Gazophylacium.
Plot. Hiſt. Nat. Ox. Plot Hiſtoria Naturalis Oxonienſis Territorii.
Plukn. Phytogr. Pluknetii Phytographia.
Plukn. Alm. Pluknetii Almageſtum Botanicum.
Plukn. Amalth. Pluknetii Amaltheum Botanicum.
Ray Cat. Angl. Johannis Ray Catalogus, Plantarum Angliæ & Inſularum adjacentium.
Ray Hiſt. Johannis Ray Hiſtoria Plantarum.
Ray Synops vel *Syn.* Johannis Ray Synopſis.
Ray Meth. Gram. Joh. Ray Methodus Graminum.
Ray Syll. Joh. Ray Sylloge plantarum extra Brittannias naſcentium.
S. B. Samuel Brovvn.
Scherard. Guillelmus Scherardus.
Tabern. Ic. Tabernæmontani Icones.
Thal. Thalii ſylva Hercynia.
Vaillant. Sebaſtianus Vaillant.
Virid. Luſit. Gabrielis Grisley Viridarium Luſitanicum.
Zanon. Iſtoria Botanica di Giacomo Zanoni.

Methodi quàm brevissima Synopsis.

Gramina Spica Triticea Simplici. Pag. 1.
- - - Spica Triticea spuria Simplici. 3.
- - - Spica Hordeacea Simplici. 3.
- - - Spica Simplici Hordeacea Singulari. 5.
- - - Spica Simplici Secalina. 5.
- - - Spica Simplici Secalinæ affini in Ad.
- - - Spica Simplici Loliacea. 6.
- - - Spica Simplici Loliacea, *Corniculata* dicta. 8.
- - - Spica Simplici Loliacea spuria. 9.
- - - Spicata, Panicea dicta. 10.
- - - Spica Simplici Phalaroidea dicta. 11.
- - - - Alopecuroidea dicta. 12.
- - - - Typhina, aut Typhoidea dicta. 13.
- - - - Typho-Phalaroidea. in Addend.
- - - - Myosuroidea dicta. 14.
- - - - Echinata seu Spinosa. 15.
- - - - Cristata dicta. 16.
- - - - Anomala. 17.
- - - Polystachia, Dactyloidea dicta. 20.
- - - - Dactylo affinia. 24.
- - - Inter spicata & paniculata media, quæ sunt
1. Cornucopioidea. 25.
2. Locustis peculiaris structuræ. 25.
- - - Paniculata - - - 26. & quidem
1. Locustis Simplicibus. 27.
2. Locustis in eadem panicula nunc Simplicibus nunc Compositis. 34.

3. Lo-

3. Locustis Compositis muticis. 35.
4. - - - - - Aristatis 45.
5. Aristatis nudis seu calyce destitutis. 54.
6. Panicula Heteromalla, seu versùs alurutrum latus spectante. 56.
- - - Reliqua, & Graminibus affinia, & quidem.
1. Linagrostis seu Gramen papposum. 60.
2. Juncoides. 61.
Juncus - - - - 66.
Junco affinis - - 69.
Canna - - - - 69.
Scirpus - - - - 70.
Scirpoides - - - 75.
Pseudo Cyperus - - 76.
Cyperus - - - - 76.
Cyperoides - - - 83.
Cyperoidi affinia - 93.

Errores, ex festinatione commissos, Benevolus Lector, sequentes emendet.

Pag. 1. lin. 3. *pro* Batanicos, *lege*, Botanicos.
Pag. 2. lin. 20. *pro* arundinaccum, *lege*, arundinaceum.
Pag. 3. lin. 16. *dele*, Festuca altera capitulis duris. *C. B.* & *loco* 151. *pone* 152.
Pag. 6. lin. 10. *pro* propriæ, *lege*, proprio.
lin. 14. *post* parte, *pone*, plerunque.
Pag. 7. lin. 19. *pro* Gtamineum, *lege*, Gramineum:
lin. 25. *pro* I. II. *lege* II. III.
Pag. 8. lin. 25. *pro* denticulatæ, *lege*, denticuláto.
Pag 9. lin. 5. *pro* denticulatæ, *lege*, denticulato: & *pro* muticis, *lege*, Aristatis.
lin. 25. *post* Loliaceum, *pone*, junceum.
lin. 27. *pro* minimum, *lege*, marinum.
Pag. 10. lin 9. *pro* fungente, *lege*, fungentis, *posthoc pone*, qui & aliquando duplici gluma constat.
Pag. 11. lin. 3. *pro* Gtamen, *lege*, Gramen.
lin. 22. *pro* perpcndicularis, *lege*, perpendicularis.
lin. 24. *pro* accuminatum, *lege*, acuminatum.
Pag. 13. lin. 23. *pro* 474. *lege*, 472.
Pag. 14. lin. 3. *post* I. B. *pone*, II.
Pag. 15. lin 10. pro *Mutico*, lege, *Aristato*, ubi notandum, Aristam folliculi, ita in calycis glumis quandoque latere, ut primo examine visum meum effugerit
Pag. 17. lin. 11. pro *segentibus*, lege, *tegentibus*.
lin. 14 pro *Plin* lege *Pin.*
Pag. 19. lin ult. *pro* denticulatæ, *lege*, denticulato.
Pag. 22. lin. 23. *pro* solio, *lege*, folio.
Pag. 28. lin. 19. *pro* Arundinacenm, *lege*, Arundinaceum.
Pag. 37. lin. 6. pro *accuminato*, lege, *acuminato.*
Pag. 41. lin. 10. *pro* minimnm, *lege*, minimum.
Pag. 51. lin. 16. pro *Locustiis*, lege, *Locustis.*
Pag. 57. lin. 16. *pro* fulliculis, *lege*, folliculis.
Pag. 64. lin 4. 5. *pro* roundis. *lege*, rotundis.
Pag. 85. lin. 7. *pro* diverfis, *lege*, diversis.
Pag. 90. lin. 25. *pro* solia, *lege*, folia.
in vocum explic. voce *Gluma*, lin. 13. *pro* repreæsentet, *lege*, repræsentet.